Prodfler Carich

Nadr.

anhandrem dolinfer

honoren [illegible]

Berfbruda

E. Anders.

Arnisch

ORDO
SS. MISSAE
SACRIFICII

CUI ADJUNCTUM EST

DIURNALE

PII SACERDOTIS.

S. Eremi Montis Argentini.

WRATISLAVIAE,
e typographia academica 1795.

ORDO MISSAE,

ET

EJUSDEM RUBRICAE JUXTA SE POSITAE.

PARS PRIMA.

A Principio Missæ usque ad Offertorium.

1. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

2. Introibo ad Altare Dei. R. * *meam.*

Judica me DEUS, & discerne causam meam, de gente non sancta; ab homine iniquo, & doloso erue me. R. * *inimicus.*

Emitte

1. *Simul format ſignum Crucis a fronte ad pectus: poſita ſiniſtra infra pectus (ſupra cingulum, & extra terminos Crucis juxta* Gavant.) *quod ſemper fit, quoties ſe ſignat: quando vero aliud ſignat, ponit eandem ſuper Corporale, niſi aliud notetur.*

2. *Junctis manibus ante pectus, clara voce totum Pſalmum recitat alternatim cum Miniſtro.*

Neque deinceps attendit, quid alibi agatur, etſi Sacramentum elevetur.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam; ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua. R. * *meam.*

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus; quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? R. * *Deus meus.*

3. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. R. * *Amen.*

Introibo ad Altare Dei. R. * *meam.*

4. V. Adjutorium noſtrum in nomine Domini R. * *terram.*

5. Confiteor Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis & vobis fratres: quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere: 6. mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatam Mariam ſemper Virginem, Beatum Michaelem Archangelum, Beatum Joannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orate pro me ad Dominum Deum noſtrum. Min. *Miſereatur,* &c. *Sac.* Am.

7. Min. *Confiteor.*

8. Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam. R. *Amen.* 9 In-

3. *Caput Cruci inclinat. Psalmus* Judica *non dicitur in Missis defunctorum, nec non Missis de tempore a* Dominica *Passionis, usque ad Sabbatum sanctum, exclusive.*

4. *Dextra facit crucem a fronte ad pectus.*

5. *Altari profunde se inclinans, junctis manibus dicit* Confiteor, *quod prosequitur eodem modo stans inclinatus, donec a Ministro dictum sit,* Misereatur &c.

6. *Ter percutit pectus, sinistra infra pectus posita.*

7. *Cum Minister incipit* Confiteor, *se erigit Sacerdos.*

8. *Stans erectus junctis manibus dicit.*

9. Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum, tribuat nobis Omnipotens, & miſericors Dominus. R. *Amen*

10. Deus tu converſus vivificabis nos. R. * *in te.*

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. R. * *da nobis*

Domine exaudi orationem meam. R. * *ad te veniat.*

11 Dominus vobiſcum.

R * *Spiritu tuo.* 11. Oremus.

12. Aufer a nobis, quæſumus Domine iniquitates noſtras: ut ad Sancta Sanctorum, puris mereamur mentibus introire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

13. Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum,

14. quorum reliquiæ hic ſunt, & omnium Sanctorum: ut indulgere digneris omnia peccata mea Amen.

INTROITUS.

15. Salve Sancta Parens, &c.

9. *Signat se a fronte ad pectus.*

10. *Stans inclinatus junctis manibus, recitat clara voce usque ad orationem:* Aufer a nobis &c.

11. *Extendit & jungit manus, ac clara voce dicit:*

12. *Dum dicit secreto* Aufer, &c. *junctis manibus ascendit ad medium.*

13. *Inclinatus manibus junctis super altare, ita ut parvi digiti solum antipendii superiorem partem tangant, pollice dextro super sinistrum posito (quæ omnia observantur semper, quoties manus junctæ super altare ponuntur) dicit:* Oramus.

14. *Osculatur Altare in medio, (non ad latus) manibus extensis, æqualiter hinc inde super eo positis.*

15. *Stans in cornu Epistolæ versus altare, incipit introitum intelligibili voce: simul signat se a fronte &c. & junctis manibus prosequitur.*

16. Gloria Patri, & Filio, &c.

17. Salve Sancta Parens, &c.

18. Kyrie eleison.

19. Gloria in excelsis,

20. DEO.

21. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te.

22. Adoramus te.

Glorificamus te, 22. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam: Domine DEUS, Rex cœlestis, DEUS Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, 22. JESU Christe. Domine DEUS, Agnus DEI. Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, suscipe 22. deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus Sanctus. Tu solus Dominus. Tu

solus

In Missis Defunctorum non signat se, sed Crucem in aëre format super librum, quasi aliquid benedicens.

16. Tenens junctas manus caput inclinat versus Crucem.

17 *Hic non se signat, ut prius, quo finito, junctis manibus accedit ad medium Altaris.*

18 In medio consistens, manibus junctis, facta prius conv nienti reverentia, intelligibili voce *Sacerdos dicit:* Kyrie eleison, Christe eleison, *id est: bis* Kyrie eleison, *alternatim.*

19, Intell gibili voce *dicit, extendens elevansque manus usque ad humeros. Oculi non elevantur.*

20 *Cum DEO dicit, jungit manus, & caput Cruci inclinat.*

21. Erecto capite, manibus junctis ante pectus usque ad finem prosequitur.

21, *Cum hæc dicit, caput Cruci inclinat.*

22. *Iterum.*

22. *Iterum.*

22. *Rursus.*

ſolus altiſſimus. 22. JESU Chriſte. 23. Cum Sancto † Spiritu, in gloria DEI Patris, Am.

24. Dominus vobiscum.

25. Oremus.

26. Concede nos famulos tuos, &c.
26. B. Mariæ ſemper. &c.

27. Per Dominum noſtrum.

28. JESUM.

Epiſtola

22 *Iterum.*

23 *A fronte se signat ad pectus, interim absolvit* in gloria DEI Patris, Amen.

Deinde osculatur altare; cum manibus junctis ante pectus, demissis oculis vertens se a sinistro latere ad dextrum versus populum &c.

24 *Extendens, ac jungens manus ante pectus voce intelligibili dicit:* Dominus &c. *deinde junctis manibus per eandem viam revertitur ad librum.*

25 *Extendens ac jungens manus ante pectus, caput Cruci inclinans dicit:* Oremus.

26. *Tum extendit manus ante pectus, ita ut palma unius manus respiciat alteram, & digitis simul junctos, quorum summitas humerorum altitudinem, distantiamque non excedat (quod in omni extensione manuum ante pectus servatur) & recitat Orationem*

27 *Cum dicit:* Per Dominum, *jungit manus, & tenet junctas usque ad finem; quod si non dicatur* per Dominum, *sed:* qui vivis, & regnas, *tunc jungit, cum dicit* in unitate.

28. *Cum nomen JESU dicitur, inclinat caput versus Crucem, quod etiam fit, cum id legit in Epistola. Sed ubicunque nominatur nomen* MARIÆ, *vel SS. de quibus dicitur Missa, vel fit Commemoratio specialis, ut de festo simplici, &c inclinat caput versus librum, etiam in Canone, si ibidem eorum Sanctorum no-*

Epistola.

29. Lectio libri Sapientiæ. Ab initio &c. detentio mea.

Minister. R. DEO gratias. Benedicta & venerabilis, &c.

30. Munda cor meum, ac labia mea, Omnipotens Deus, qui labia Isaiæ Prophetæ calculo mundasti ignito, ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Jube Domine benedicere.

Dominus sit in corde meo & labiis meis, ut digne & competenter annuntiem Euangelium suum:

31. Amen.

mina recurrant. Ad nomina autem Sancto-rum, (excepta B. Virgine) in oratione: A cunctis, caput non est inclinandum. Gavant. *p. 2: tit. 5. lit. c. Item cum fit Oratio pro Papa, ad nomen ejus semper inclinat caput, non tamen versus Crucem, sed librum, nisi per accidens, in Canone, cum ex memoria dicit.*

29 Cum dicit intelligibili voce Epistolam & Graduale, potest ponere manus ad arbitrium vel super librum, ut palmæ librum tangant, vel librum teneant Diligenter autem caveat, ne alterutram manum solam tantum, si cum altera sit occupatus, suspensam in aëre teneat Gerlac. *p. 2. tit. 4. §: 4. Quod & deinceps observatur.*

30. Lecto Graduali, redit junctis manibus ad medium, ibi stans junctis manibus ante pectus, elevatisque ad Deum oculis, & statim demissis dicit secreto: Munda &c. Jube Domine *&c. manus non ponit super altare, & dicit profunde inclinatus. In Missis Defunctorum omittitur* Jube Domine: *non autem* Munda.

31. His omnibus absolutis, vadit ad cornu Evangelii stans.

32. Dominus vobiscum.

33. Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

34. In illo tempore: extollens vocem quædam mulier, &c.

35 Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

36. Credo in unum Deum.

37. Patrem Omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum

38. JESUM Christum, Filium DEI unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis.

39.

32 *Versus librum junctis manibus dicit intelligibili voce,* Dominus.

33. *Deinde pollice dextræ manus signat Cruce initium Evangelii, postea se in fronte, ore, & pectore, dicens:* Sequentia *vel* initium &c.

34. *Junctis manibus iterum ante pectus stans prosequitur Evangelium usque ad finem, in quo si occurrit nomen JESU, caput semper inclinat versus librum, & ita genu flectit versus librum, si necesse sit; at vero, si prostet Venerabile, parum versus illud.*

35. *Post dictum Evangelium elevat parum librum, & osculatur principium Evangelii dicens secreto:* Per Evangelica &c. *excepta Missa defunctorum, & præsente Episcopo in sua residentia.*

36. *Stans in medio elevat & extendit manus, & inclinat caput Cruci.*

37. *Prosequitur junctis manibus, erecto capite.*

39. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas, & ascendit in Cœlum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum Gloria, judicare vivos, & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio

40. simul ADORATUR, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, & vitam 41. venturi sæculi. Amen.

PARS II.

Ab Offertorio usque ad Orationem Dominicam.

42. Dominus vobiscum.

39. Genu flectit usque ad Homo factus est *inclusive, poplite usque ad terram demisso, quod in omni genuflexione ubique, & semper observandum est.*

40. Inclinat caput Cruci.

41. Signat se Cruce a fronte ad pectus. Quando omitti debeat symbolum, alibi dictum est.

42. Post Credo, (vel Euangelium, si non sit Credo) osculatur in medio altare: & junctis manibus ante pectus vertit se ad populum, & extendit junctas manus, dicens: Dominus vobiscum.

43 Oremus.

44. Ave MARIA &c.

45. Suſcipe Sancte Pater, Omnipotens, æterne DEUS, hanc immaculatam hoſtiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi DEO meo, vivo, & vero, pro innumerabilibus peccatis, & offenſionibus, & negligentiis meis, & pro omnibus circumſtantibus. 46. Sed & pro omnibus fidelibus Chriſtianis vivis atque defunctis, ut mihi & illis proficiat ad ſalutem in vitam æternam. Amen.

47. DEUS, qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabilius reforma-

43 *Junctis manibus, revertitur per eandem viam, ad medium Altaris, ubi extendens & jungens manus, caputque Cruci inclinans dicit:* Oremus.

44 *Junctis manibus eodem ſitu dicit Offertorium.*

45. *Oculis ad Deum elevatis, ac ſtatim demiſſis dicitur:* Suſcipe &c. *ſi plures Hoſtiæ ſint conſecrandæ, intentionem faciat, etiam ad illas offerendas, & conſecrandas.*

46. *Quo dicto patenam utraque manu tenens cum ea facit Crucem ſuper corporale, & apponit Hoſtiam circa medium anterioris partis corporalis; patenam vero ad dextram aliquantulum ſubtus corporale deinde facta competente reverentia, (quæ ſi Cruci fiat, decet, ut in hoc, & ſimili caſu manibus junctis fiat, niſi hæ aliter occupentur) accedens ad cornu Epiſtolæ accipit Calicem, purificatorio extergit & ſiniſtra tenens illius nodum (& ſimul pollice ejuſdem manus Purificatorium, ita accommodatum, ut deflua ejus pars, pedem Calicis, contra caſuras forte ex ampullis guttas, ut ne aſpergatur, communiat) accipit ampullam de manu Miniſtri, & infundit vinum in Calicem.*

47. *Deinde eodem modo tenens Calicem producit ſignum Crucis ſuper ampullam aquæ,*

&

formasti: da nobis per hujus aquæ, & vini mysterium ejus Divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps Jesus Christus, Filius tuus, Dominus noster. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS: per omnia, &c.

48. Offerimus tibi, Domine, Calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu Divinæ Majestatis tuæ pro nostra, & totius mundi salute, cum odore suavitatis ascendat. Amen.

49. In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur a te, Domine: & sic fiat Sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi Domine DEUS.

50. Veni sanctificator, omnipotens æterne DEUS, & bene✠dic hoc Sacrificium tuo Sancto nomini præparatum.

& dicit: DEUS, qui humanæ &c *& ad verba:* da nobis per hujus aquæ &c. *parum aquæ infundit, & guttas in Calice, si opus sit, extergit, ac Calicem in cornu Epistolæ versus medium Altaris sistit, & Purificatorium, quo interim usus est, componit, ut patenam tegat. In Missa defunctorum omittit benedictionem aquæ & tantum recitat orationem.*

48. *Imposita aqua in Calice, & finita oratione prædicta reversus ad medium Altaris, facta reverentia ut prius, juxta doctrinam hic p. 2: tit 5: n: 4: traditam, accipit Calicem, & dextra nodum illius infra cuppam, sinistra pedem tenens, elevat, & intentis ad* DEUM *oculis dicit:* Offerimus, *& in fine dicta hac oratione facit Crucem cum Calice, & in medio corporali post Hostiam collocat, ac palla coope- rit*

49. *Deinde junctis manibus, super Altare positis aliquantulum inclinatus secreto dicit:* In spiritu.

50. *Erectus expandit manus, easque in altum porrectus jungens ante pectus (semper jungit manus ante pectus, quando aliquid est benedicturus) elevatis ad cælum oculis, & statim demissis, dicit:* Veni Sanctificator &c. *Et cum dicit* Benedic, *facit manu dextra signum Crucis, communiter super Hostiam, & Calicem, sinistra posita super Altare.*

51. Lavabo inter innocentes manus meas: & circumdabo Altare tuum, Domine.
Ut audiam vocem laudis: & enarrem universa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.
Ne perdas cum impiis animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextra eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in Ecclesiis benedicam te, Domine.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto:
52. Sicut erat in principio, & nunc &c.

53. Suscipe Sancta TRINITAS hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis JESU Christi Domini nostri: & in honorem Beatæ Mariæ semper Virginis, & Beati Joannis Baptistæ, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & istorum, & omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem; & illi pro nobis intercedere

51 *Tum junctis manibus ante pectus, & facta prius convenienti reverentia, accedit ad cornu Epistolæ, ubi stans levat extremitates pollicis & indicis utriusque manus.*

52 *Ad* Gloria Patri *(quod omittitur in Missis Defunctorum, & in Missis de tempore a Dominica Passionis, usque ad Sabbatum sanctum exclusive) inclinat caput Cruci, & dici etiam potest, cum reditur ad medium Altaris*

53 *Lotis & extersis manibus, easdem ante pectus junctas tenens revertitur ad medium Altaris, ubi facta competente reverentia, stans, oculosque ad* DEUM *elevans, ac statim demittens, manibus junctis super Altare aliquantulum inclinatus dicit secreto:* Suscipe &c.

dere dignentur in cœlis, quorum memoriam agimus in terris. Per Chriſtum Dominum, &c.

54. Orate Fratres: ut meum, ac veſtrum Sacrificium, acceptabile fiat apud DEUM Patrem Omnipotentem.

Miniſter. *Suſcipiat &c.*

Sacerdos. Amen.

55. Tua Domine propitiatione, &c.

56. per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS

57. Per omnia ſæcula ſæculorum.

58. Dominus vobiscum.

54. *Finita oratione prædecta, manibus hinc inde extensis, & super Altare positis, osculatur illud in medio: tum junctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, a sinistra ad dextram vertit se ad Populum, & versus eum extendens & jungens manus, dicit voce aliquantulum elata:* Orate fratres: *& secreto absolvens perficit circulum,* (nisi prostet Venerabile) *& revertens junctis manibus ante pectus a manu dextra ad medium Altaris: ubi Minister suam orationem absolverit,* R. Amen.

55. *Dicit ex libro orationes secretas, manibus extensis, submissa voce, sine* Oremus, *aut alia interpositione.*

56. *Cum dicit:* Per Dominum, *jungit manus: cum dicit* Jesum Christum, *caput inclinat, quod fit in prima, & si sint plures, in ultima etiam oratione.*

57. *Ubi in ultima oratione Secreta pervenerit ad verba:* per omnia sæcula *exclusive, depositis super Altare manibus hinc inde extensis dicit convenienti & intelligibili voce:* per omnia sæcula &c.

58. *Deinde subjungit, eodem modo tenens manus:* Dominus vobiscum.

59. Sursum corda.

60. Gratias agamus Domino

61. DEO noſtro.

62. Vere dignum & juſtum eſt &c.

63. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua, Oſanna in excelſis.

64. Benedictus, qui venit in nomine Domini, Oſanna in excelſis.

65. Te *igitur* Clementiſſime Pater, per JESUM Chriſtum Filium tuum, Dominum noſtrum, ſupplices rogamus,

66. Ac petimus,

67 Uti accepta habeas, & benedicas

68. Hæc † dona, hæc † munera, hæc † Sancta Sacrificia illibata.

69. In primis, quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua Sancta Catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum.

59 *Cum dicit:* Surſum corda, *elevat manus hinc inde extenſas, uſque ad pectus ita, ut palma unius reſpiciat palmam alterius manus.*

60. *Ad* Gratias agamus &c. *jungit manus.*

61. *Ad* DEO noſtro, *etiam oculos elevat & ſtatim Cruci caput inclinat.*

62. *Elevatis & extenſis, ut prius, manibus, proſequitur Præfationem pro tempore convenientem.*

63. *Dicit junctis manibus ante pectus, & inclinatus (non ſuper Altare manibus poſitis) voce mediocri proſequitur, usque ad Canonem.*

64. *Erigit ſe, & ſignum Crucis ſibi producit a fronte ad pectus.*

65. *Elevat aliquantulum manus, oculisque ad* DEUM *elevatis, ac ſtatim demiſſis, manibus junctis ſuper Altare poſitis, profunde inclinatus incipit Canonem ſecreto dicens:* Te igitur &c.

66. *Poſt hæc verba oſculatur Altare in medio.*

67. *Erigit ſe, jungit manus ante pectus.*

68. *Dextra ter ſignat ſuper Hoſtiam & Calicem, communiter, &*

69. *Extenſis manibus ante pectus proſequitur.*

70. Una cum famulo tuo Papa noſtro N.

71. Et Antiſtite noſtro N. & omnibus Orthodoxis atque Catholicæ & Apoſtolicæ Fidei cultoribus.

72. Memento Domine famulorum, famularumque tuarum.

73. Et omnium circumſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro ſe, ſuisque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ: tibique reddunt vota ſua æterno DEO, vivo, & vero.

74. Communicantes, & memoriam venerantes, inprimis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, 75. Genitricis DEI, & Domini noſtri JESU Chriſti. 76. Sed & Beatorum Apoſtolorum, ac Martyrum tuorum: 77. Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Tho-

mæ

70. *Exprimit nomen Papæ, & caput inclinat. Sede autem vocante hæc verba omittuntur.*

71. *Exprimit nomen Ordinarii, ſeu Epiſcopi illius loci, in quo celebratur. Qui ſi vita functus eſt, ea verba omittuntur.*

72 *Cum dicit* Memento *(quæ vox uti & reliqua ſecreto dicenda eſt) elevans & jungens manus, atque ad faciem, vel pectus, ſic pauliſper ſtat in quiete, demiſſo aliquantum capite, faciens commemorationem vivorum ad ſuam voluntatem, vel ſingulariter rememorans (mente ſecreto nominans) vel communiter uno contextu ipſorum vivorum commemorationem faciens, pro quibus ante Miſſam orare propoſuit. Vide dicta fuſius p. 2 Inſtruct tit. 21. num. 5.*

73. *Finito* Memento, *demiſſis & extenſis, ut prius, manibus, continuat orationem ſecreto.*

74 *Silentio ſtans proſequitur.*

75. *Caput inclinat.*

76. *Caput Cruci inclinat.*

77. *Ad nomina Sanctorum, qui hic & infra n. 116. recenſentur, cum pronunciat, caput incli-*

mæ, Jacobi, Philippi; Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis, & Pauli, Cosmæ, & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum: quorum meritis, precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

78. Per eundem Christum &c.

79. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi; & in Electorum tuorum jubeas grege numerari.

80. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblatiooem tu Deus in omnibus quæsumus,

81. Bene†dictam, adscri†ptam, ra†tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris.

82. Ut nobis Corpus

83. Et Sanguis fiat

84. Dilectissimi Filii tui Domini nostri.

85. JESU CHRISTI.

86. Qui pridie, quam pateretur.

inclinat, eo die, quo vel eorum facta est Commemoratio specialis, vel de iis Missa celebratur, etiam per Octavas. Gavant. p. 2 *tit. 5. n. 1.*

78. *Conjungit manus.*

79. *Expandit manus simul super oblata, ita, ut palmæ sint apertæ, versus, ac super, Calicem, & Hostiam, quas sic tenens pollice dextro super sinistrum posito* (etiam de subtus *Juxta Arnaud.*) *usque ad per* Christum Dominum nostrum Amen.

80. *Jungit manus, prosequitur.*

81. *Communiter signat ter super Hostiam & Calicem.*

82 *Separatim signat semel super Hostiam tantum.*

83. *Et semel super Calicem tantum.*

84. *Elevans, & jungens manus,*

85. *Inclinat Caput Cruci.*

86. *Extergit, si opus fuerit, pollices & indices super Corporale.*

87. Accepit Panem in sanctas ac venerabilis manus suas,

88. Et elevatis oculis in cœlum ad te DEUM Patrem suum Omnipotentem, tibi gratias agens.

89. Bene†dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

90. Accipite, & manducate ex hoc omnes:

91. Hoc est enim Corpus meum.

87. Accipit pollice & indice dextræ Hostiam, & eam cum illis ac indice, & pollice sinistræ manus tenens stans erectus.

88. Elevat ad cœlum oculos, & statim demittit.

89. Caput aliquantulum inclinat.

90. Tenens Hostiam inter pollicem & indicem sinistræ, dextra producit signum Crucis super ea. Si adsit vas cum aliis Hostiis consecrandis, discoo erit prius dextra vas illud. Cum finierit prædicta verba.

91. Cubitis super Altare positis stans capite inclinato, tenens Hostiam inter pollices, & indices utriusque manus, manibus infrne conjunctis, reliquis manuum digitis extensis & simul quoque junctis distincte reverenter, & secreto profert verba consecrationis super Hostiam, & simul super omnes, si plures sint consecrandæ. Prolatis verbis genuflexus adorat, & se erigens, elevat cum decenti mora, in altum Hostiam (intentis in eam oculis) ut commode videri a populo, & adorari queat: peracta elevatione, sola dextra deinde repositam Hostiam super Corporale, genuflexus iterum adorat.

Deinceps pollices, & indices non disjungit, nisi quando Hostiam consecratam attingere debet.

92. Simili modo postquam cœnatum est,

93. Accipiens & hunc præclarum Calicem in sanctas, ac venerabiles manus suas, item tibi

94. Gratias agens

95. Bene†dixit, deditque discipulis suis dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes:

96. Hic est enim Calix Sanguinis mei novi, & æterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

97 Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

92. *Discooperit Calicem, in quem, si opus sit, intergit digitos: quod semper faciet, si aliquod fragmentum digitis adhæreat, & stans erectus dicit:* Simili modo.

93. *Ambabus manibus accipiens Calicem juxta nodum, infra cuppam, & aliquantulum illum elevans, ac statim deponens,*

94 *Caput inclinat.*

95. *Sinistra Calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eo, & prosequitur:* deditque &c.

96. *Tenens sinistra pedem Calicis parum elevatum, dextra nodum infra cuppam, cubitis super Altare positis & capite inclinato, profert verba consecrationis attente, continuate, & secreto. Quibus dictis reponit Calicem super corporale.*

97 *Dicit secreto:* Hæc quotiescunque &c. *& interea genuflexus adorat S. Sanguinem reverenter, tum se erigit, & accipiens Calicem discoopertum cum Sanguine ambabus manibus, ut prius, elevet eum, & erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorandum, intentis in eum oculis: mox ipsum reverenter reponit super corporale in locum pristinum, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum adorat.*

98. Unde, & memores, Domine, nos ſervi tui, ſed & plebs tua ſancta, ejusdem Chriſti Filii tui Domini noſtri, tam Beatæ Paſſionis, nec non & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ Aſcenſionis, 99. Offerimus præclaræ Majeſtati tuæ de tuis donis, ac datis, 100. Hoſtiam † puram, Hoſtiam † Sanctam, Hoſtiam † immaculatam,

101. Panem † Sanctum vitæ æternæ,
102. Et Calicem † ſalutis perpetuæ.

103. Supra quæ propitio, ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui juſti Abel, & Sacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ: & quod tibi obtulit Summus Sacerdos tuus Melchiſedech, Sanctum Sacrificium, immaculatam Hoſtiam.

104. Supplices te rogamus, Omnipotens DEUS: jube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in ſublime Altare tuum, in conſpectu Divinæ Majeſtatis tuæ: ut quotquot,

105. Ex hac Altaris participatione

106. Sacroſanctum Filii tui
107. Corpus, † &

98. *Extensis manibus ante pectus dicit secreto:*

Unde &c.

99. *Jungit manus.*

100. *Manu sinistra posita super Altare intra corporale, dextra signat ter communiter supra Hostiam, & Calicem.*

101. *Semel super Hostiam tantum signat.*

102 *Semel super Calicem tantum.*

103. *Stans ut prius extensis manibus prosequitur.*

104 *Profunde inclinatus, junctis manibus, & super Altare positis dicit:* Supplices &c.

105. *Osculatur Altare manibus hinc inde super corporale positis.*

106 *Jungit manus.*

107. *Dextra signat semel super Hostiam tantum.*

108. Sanguinem † ſumpſerimus,

109. Omni benedictione cœleſti,

110. Et gratia repleamur.

111. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

112. Memento etiam Domine famulorum famularumque tuarum N. & N. qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis.

113. Ipſis Domine, & omnibus, in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis, & pacis ut indulgeas, deprecamur.

114. Per eundem &c.

115. Nobis quoque peccatoribus,

116. Famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam & ſocietatem donare digneris, cum tuis Sanctis Apoſtolis & Martyribus, cum Joanne,

Ste-

108. *Semel ſupra Calicem, ſiniſtra ſuper corporale poſita*

109. *Se ipſum ſignat a fronte ad pectus ſigno Crucis, ſiniſtra poſita infra pectus.*

110 *Proſequitur:* & gratia &c.

111. *Jungit manus*

112. *Secreto iterum vox* Memento, *cum reliquis dicenda & extenſis & junctis manibus ante pectus, & uſque ad faciem elevatis, & intentis oculis ad Sacramentum* ſuper *Altare facit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus ſibi videtur, eodem modo, capite aliquantulum inclinato,* (Gerlac.) *ut dictum eſt de commemoratione vivorum. Manus autem primum jungit poſt verba* in ſomno Pacis: *poſt quæ etiam ſit pauſa, pro memoria Defunctorum habenda.*

113. *Commemoratione facta ſtans erectus, ut prius, extenſis manibus iterum proſequitur:* Ipſis.

114 *Jungit manus, & caput inclinat.*

115 *Vocem aliquantulum elevat, & dextra manu ſibi pectus percutit, ſiniſtra poſita ſuper corporale.*

116. *Proſequitur:* Famulis &c. *ſtans manibus extenſis.*

117.

Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, & omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium non æstimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor admitte.

117. Per Christum Dominum nostrum. Per quem hæc omnia Domine semper bona creas

118. Sancti†ficas, vivi†ficas, bene†dicis,

119. Et præstas nobis.

120. Per ip†sum, & cum ip†so, & in ip†so

121. Est tibi DEO Patri † Omnipotenti, in unitate Spiritus † Sancti

122. Omnis honor, & gloria.

117. *Jungit manus ante pectus.*

118. *Signat communiter ſuper Hoſtiam, & Calicem.*

119. *Diſcooperit manu dextra Calicem, & genuflexus Sacramentum adorat, tum ſe erigit, & reverenter accipit Hoſtiam inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum ea ſuper Calicem, quem manu ſiniſtra tenet, circa nodum infra cuppam*

120. *Signat ter a labio ad labium intra Calicem, cum tamen Hoſtia non contingat, dicens:* Per ipſum &c.

121. *Et ſimiliter cum Hoſtia ſignat bis inter Calicem, & pectus, incipiens a labio Calicis, & dicit:* Eſt tibi &c.

122. *Tenens manu dextra Hoſtiam ſuper Calicem, elevat eum aliquantulum ſimul cum Hoſtia dicens:* Omnis honor &c. *Et ſtatim utrumque deponens, Hoſtiam collocat ſuper corporale, & ſi opus ſit, digitos extergit, ut ſupra; ac pollices, & indices, ut prius jungens,*

Cali-

PARS III. *Ab Oratione Dominica usque ad finem.*

123. Per omnia sæcula sæculorum.

124. Oremus: Præceptis salutaribus moniti, & Divina institutione formati audemus dicere:

125. Pater noster, &c. in tentationem. *Minister.* Sed libera nos a malo.

126. Amen.

127. Libera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente Beata & gloriosa semper Virgine DEI Genitrice MARIA, cum Beatis 128. Apostolis tuis Petro, & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis,

Calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramenta adorat.

123. *Cooperto Calice, adoratoque Sacramento, erigit se, & manibus extensis hinc inde super Altare intra corporale positis, dicit intelligibili voce:* Per omnia &c.

124. *Jungit manus, caput Sacramento inclinans, cum dicit:* Oremus.

125. *Extendit manus, & stans oculis ad Sacramentum intentis prosequitur usque ad finem. Cum dicit:* Et ne nos inducas &c. *non jungit manus; sed sinistra super corporale posita, &* 126. *Dicto* Amen *submissa voce, manu dextra, pollice, & indice non disjunctis, patenam aliquantulum purificatorio extergens, eam accipit (si tamen facile tolli non queat, sinistra manus subsidio esse poterit, alias non adhibenda,) inter indicem & medium digitum, quam tenens super Altare erectam.*

127. *Sinistra super corporale posita, dicit secreto:* Libera.

128. *Elevat manu dextra patenam ab Altari, & seipsum cum ea signare incipit ad ea verba:* cum beatis Apostolis &c *Cum se signat, manum sinistram ponit infra pectus: deinde patenam ipsam osculatur, v g. ubi Crux est in margine, nec post osculum rursus extergit.*

129. Da propitius pacem in diebus nostris.

130. Ut ope misericordiæ tuæ adjuti, & a peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi.

131. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum,

132. Qui tecum vivit, & regnat

133. In unitate Spiritus Sancti DEUS

134. Per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

129. Dicens: Da propitius.

130. Submittit patenam Hostiæ, quam indice sinistræ accommodat super patenam super corporale positam, & ut communis mos est, partim pedi Calicis innixam, ut postea & partes Hostiæ, & patena ipsa, commodius accipi possint; nec fragmenta a tergo patenæ adhæreant: discooperit Calicem, & genuflexus Sacramentum adorat: tum se erigens, accipit Hostiam inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illis, ac pollice, & indice sinistræ manus eam super Calicem tenens.

131. Reverenter frangit per medium a superiori parte incipiens, & dicens: Per eundem &c. *Et mediam partem, quam inter pollicem, & indicem dextræ manus tenet, ponit super patenam.*

132 Ex parte, quæ in sinistra remansit, frangit partitulam inferius, dicens: qui tecum &c.

133 Partem majorem, quam sinistra tenet, adjunget mediæ super patenam positæ, interim dicens: in unitate &c.

134 Particulam Hostiæ præcisam, quam in dextra manu retinuit, tenens super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit: Per omnia &c.

135. Pax † Domini ſit † ſemper vobiſ† cum.

136. *Miniſter.* Et cum Spiritu tuo.

137. Hæc commixtio, & conſecratio Corporis, & Sanguinis Domini noſtri JESU Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

138. Agnus DEI, qui tollis peccata mundi.

139. Miſerere nobis.

140. Agnus DEI, qui tollis peccata mundi.

141. Miſerere nobis.

142. Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

135. *Cum ipſa particula ſignat ter a labio ad labium intra Calicem dicens:* Pax Domini.

136 *Ad Reſponſum Miniſtri particulam, quam dextra manu tenet, immittit in Calicem, dicens ſecreto.*

137. Hæc commixtio, &c. *Deinde pollices, & indices ſuper Calicem aliquantulum tergit, & jungit, Calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat, ſurgit.*

138 *Et ſtans junctis manibus ante pectus, capite inclinato* (in ordine Miſſæ *inclinatus junctis manibus id jubetur facere*) *verſus Sacramentum dicit intelligibili voce:* Agnus Dei.

139 *Dextra percutiens ſibi pectus, ſiniſtra ſuper corporale poſita. Quin etiam dextra, dum repetitur percuſſio pectoris, non in aere hæreat, ſed ſuper corporale identidem modeſte reponatur. Quod idem, in ſimili poſtea, ad* Domine non ſum dignus, *iterum fiat.*

140. *Iterum percutit pectus ſibi.*

142: *Iterum tertio percutit. In Miſſis Defunctorum omittitur percuſſio pectoris, & manus interim ante pectus junctæ tenentur, non impoſitæ Altari. Et loco* Miſerere nobis, *dicitur* Dona eis requiem; *& tertia vice addit:* Sempiternam *Tum manus junctas Altari, more ſolito, imponit.*

143. Domine JESU Christe, qui dixisti Apostolis tuis: pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ, eamque secundum voluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris. Qui vivis, & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen. 144. Domine JESU Christe, Fili DEI vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc Sacro-sanctum Corpus, & Sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & universis malis, & fac me tuis semper inhærere mandatis, & a te nunquam separari permittas: qui cum eodem DEO Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas DEUS in sæcula sæculorum. Amen.

Perceptio Corporis tui Domine JESU Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium, & condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis, & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui vivis, & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritus Sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

145.

143. *Manibus junctis super Altare positis, oculisque ad Sacramentum intentis, inclinatus dicit secreto:* Domine Jesu Christe &c.

144. *Si danda sit pax, osculatur hic Altare, & dat pacem dicens:* Pax tecum. R. *Et cum Spiritu tuo.*

In Missis Defunctorum non datur pax, neque dicitur præcedens oratio

Si est daturus pacem, osculatur Altare in medio, & instrumentum pacis ei porrectum a ministro, juxta ipsum ad dextram, hoc est; in cornu Epistolæ genuflexo, & dicit: Pax tecum. *Si non adsit, qui hujusmodi instrumento pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiamsi illius datio Missæ conveniat: nec osculatur Altare, sed dicta præmissa Oratione statim subjungit alias duas hic præscriptas.*

145. *Quibus orationibus dictis genuflectens Sacramentum adorat, & se erigens*

146. Panem cœlestem accipiam, & nomen Domini invocabo.

147. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

2. Domine non sum &c. 3. Domine non sum dignus, &c. anima mea. 148.

149. Corpus Domini nostri JESU Christi custodiat animam meam in vitam æternam.

150. Amen.

146. *Secreto dicit:* Panem &c. *quo dicto dextra manu accipit de patena reverenter ambas partes Hostiæ, & collocat inter pollicem, & indicem sinistræ manus, quibus patenam inter eundem indicem, & medium digitos supponit, & eadem manu sinistra tenens partes hujusmodi (ut, quantum fieri potest, circulus Hostiæ integer appareat) super patenam intra Calicem, & pectus parum inclinatus; non tamen cubitum sinistrum Altari imponens, sed suspensum inter pectus, & Calicem tenens, manu interim nihilominus, ne libera in aere hæreat, decenter aræ imposita.*

147. *Dicit voce aliquantulum elata tribus vicibus:* Domine non sum dignus &c. *non retrahens pedem reverentiæ causa, aut genu curvans, dextra tribus vicibus percutit pectus suum.*

148. *Ex sinistra accipit ambas partes prædictas Hostiæ inter pollicem, & indicem dextræ manus.*

149. *Et cum illa supra patenam signat seipsum signo Crucis (nondum, a Rubrica, erigere se jussus) ita tamen, ut Hostia non egrediatur patenæ limites, immote dicens:* Corpus Domini nostri &c.

150. *Se inclinans nunc profundius, quam antea, medii corporis inclinatione, & cubitis super Altare positis, reverenter easdem ambas*

151. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?

152. Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis ſalvus ero.

153. Sanguis Domini noſtri JESU Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

partes sumit, quibus sumptis deponit patenam super corporale; & erigens se, junctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem non indecore tamen, & ut summitas digitorum os circiter contingat, non nares: ponit Gerlac.) *jungit, & aliquantulum quiescit (non inclinato capite) in meditatione SS. Sacramenti*

151 *Deinde depositis manibus dicit secreto:* Quid retribuam &c. *& interim discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit patenam, inspicit corporale, colligit fragmenta cum patena, si quæ sint in eo, patenam quoque diligenter cum pollice & indice dextræ manus super Calicem extergit, & ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.*

Si vero adsint Hostiæ consecratæ super corporale positæ pro alio tempore conservandæ, facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter advertit, ne aliquod fragmentum, quantumcunque minimum, remaneat super corporali: quod si fuerit, accurate reponit in Calicem

152. *Post extersionem patenæ, junctis pollicibus, & indicibus Calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit, sinistrâ patenam, dicens:* Calicem &c.

153. *Signans se signo Crucis cum Calice dicit:* Sanguis Domini &c. *& manu sinistra*

154. Quod ore ſumpſimus, Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum.

155. Corpus tuum Domine, quod ſumpſi, & Sanguis, quem potavi, adhæreat viſceribus meis, & præſta, ut in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura, & Sancta refecerunt Sacramenta. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.

ſupponens patenam Calici, ſtans reverenter ſumit totum Sanguinem cum particula in Calice poſita, non inconcinne reclinando, & gyrando caput. Calicem, poſt ſumptum S. Sanguinem ſæpius lambere juxta tradita hic p. 2 tit. 27 n. 1. aut ad colligendas guttas, elatum in ſublime, ſuper patenam evertere, indecorum eſt. Gerlac: *p.* 2. *tit.* 10 §. 28.

154. Sumpto S. Sanguine dicit ſecretô: Quod ore ſumpſimus. *Et ſuper Altare (niſi Miniſtri parva ſtatura aliud exigat) porrigit Calicem, Miniſtro in cornu Epiſtolæ vinum infundete, quo ſe purificat, ſupponens iterum patenam Calici.*

155 Deinde vino, & aquâ, interim dicens: Corpus tuum &c., *(manens in medio Altaris, non accedens ad cornu Epiſtolæ, juxta* Gerlac. & Arnaudum; *aut certe in abitu & reditu, faciens competentem reverentiam vel Cruci, vel Sacramento) abluit pollices, & indices ſuper Calicem (non jam ſuper Altare, ex præſcripto, porrigendum) quem tamen, facta ablutione, in corporali, non procul á purificatorio (quo mox abſtergit digitos) locare, videtur eſſe decentius (Per ſe autem loquendo non peccat, qui vel ſolâ aquâ, vel ſolo vino digitos abluit.* P. Gobat. *tr. 3 n 853) cavendum veró eſt, ut ne defluentes guttæ, vel ex digitis, vel pede Calicis, ſe quibus forté aſperſus fuerit, corporale commaculent.*

156. Amen.

157. Ecce Virgo concipiet, &c.

culent Gerlacus *l. c. 33.* *Neque etiam pes Calicis, si conspersus sit, purificatoriô, ad solos usus Sacros adhibendô, sed alio linteo tergendus erit.*

Observanda, in Communione populi, alibi nota sunt.

156. Ablutionem sumit, sinistrâ supponens purificatorium Calici, & extergit os, & Calicem purificatorio: quo facto, purificatorium extendit super Calicem & desuper patenam, ac super patenam parvam pallam, & cooperit Calicem velo ac utraque manu adhibita, sinistrâ ad nodum, dextrâ super Calicem removet eum in sinistrum latus, ut plicari queat corporale: cum dextra manu recipitur bursa, quæ post insertum corporale, itâ Calici imponitur, ut ejus apertura antrorsum, non ad latus, respiciat, deinde acceptum denuo circa nodum, sinistra manu Calicem, dextrâ desuper positâ, collocat in medio Altaris, & velum aptat, ut, sicuti in principio Missæ, totus Calix lateat.

157 Facit Cruci profundam reverentiam, & â medio ad cornu Epistolæ accedens stans manibus junctis, legit Communionem: Ecce Virgo &c. *quâ lectâ junctis iterum manibus ante pectus vadit ad medium Altaris & eo osculato, vertit se ad populum â manu sinistra ad dextram.*

158. Dominus vobiscum.

159. Oremus. Gratiam tuam, &c.

160. Sæcula ſæculorum.

161. Dominus vobiſcum.

162. Ite Miſſa eſt, Vel

163. Benedicamus Domino.

164. Requieſcant in pace.

158. *Dicit* Dominus &c. & *per eandem viam redit ad librum.*

159. Dicit Oremus: & *ut suprâ Orationes eodem numero & modo, uti dictæ sunt collectæ.*

160. *Claudit librum, & jungens manus ante pectus, revertitur ad medium Altaris, eôque osculato*

161. *Vertit se ut suprâ, & dicit:* Dominus vobiscum: *quo dicto stans junctis manibus versûs populum*

162 *Dicit, si dicendum est,* Ite: & *per eandem viam revertitur ad Altare Si verò non sit dicendum, revertitur eodem modo per eandem viam ad medium Altaris.*

163: *Ubi stans versûs illud junctis ad pectus manibus dicit:* Benedicamus.

164. *In Missis defunctorum eodem modo stans versûs Altare dicit:* Requiescant.

In Qudragesima autem a feria 4 Cinerum usque ad feriam 4. majoris hebdomadæ, in feriali Officio, postquam Celebrans dixit orationes post Communionem cum suis solitis conclusionibus antequam dicat: Dominus vobiscum, *stans in eodem loco ante librum dicit:* Oremus: Humilitate capita vestra DEO. *Caput inclinans Cruci, & extensis manibus subjungit eadem voce* Orationem, super populum *ibidem positam: qua finita osculatur Altare, &*

 ver-

165. Placeat tibi Sancta Trinitas obsequium servitutis meœ, & præsta: ut Sacrificium, quod oculis tuæ Majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, & omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum.

166. Amen.

Benedicat vos Omnipotens

167. DEUS

168. Pater, & Filius, † & Spiritus Sanctus, Amen.

169. Dominus vobiscum.

170. initium S. Evangelii secundum Joannem. In principio erat &c.

171. ET VERBUM CARO FAGTUM EST.

Minister. DEO gratias.

vertens se ad populum dicit: Dominus vobiscum. *& alia ut supra.*

165. *Ante medium Altaris junctis manibus super eo, & capite inclinato dicit secreto:* Placeat &c.

166. *Osculatur Altare, & elevatis oculis extendens, elevans, & jungens manus:* Benedicat.

167. *Cruci inclinat caput, & versus ad populum, semel tantum benedicens etiam in Missis solemnibus.*

168. *Prosequitur:* Pater & Filius, &c. *vertens se dextrorsum, ad cornu Evangelii, si non prostet Venerabile.*

In Missis defunctorum omittitur benedictio, & dicto Placeat, *osculatur Altare, & statim:*

169. *Accedit ad cornu Evangelii dicens:* Dominus &c.

170. *Signat Altare (sed tantum, si Venerabile non prostat) vel librum, & se, ut supra in Evangelio primo.*

171. *Genuflectit, & si prostet Venerabile, parum versus illud, alias versus cornu Evangelii.*

Finito Evangelio, rediens ad medium Altaris facit competentem vel Cruci, vel SS. Sacramento ibidem reverentiam, & disposito Calice, eum accipiens infra infimum gradum Altaris descendit, & vel profunde se Cruci iterum inclinat, aut coram SS. Sacramento genuflectit, discedensque ab Altari Sacristiam versus pro gratiarum actione dicit: Hym. Trium puerorum &c.

ORATIONES

dicendæ, cum Sacerdos induitur Sacerdotalibus paramentis.

Cum lavat manus.

Da, Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam: ut sine pollutione mentis, & corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput.

Impone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad

Ad Albam, cum ea induitur.

Dealba me Domine, & munda cor meum: ut in ſanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar ſempiternis,

Ad Cingulum, dum ſe cingit.

Præcinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut in me maneat virtus continentiæ, & caſtitatis.

Ad manipulum, dum imponitur brachio ſiniſtro.

Merear, Domine, portare manipulum fletus, & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

Redde mihi, Domine, Stolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedo ad tuum Sacrum Myſterium, merear tamen gaudium ſempiternum.

Ad Casulam, dum assumitur.

Domine, qui dixisti: jugum meum suave est, & onus meum leve: fac me istud ita portare ut consequar tuam gratiam. Amen.

DIURNALE
PII
SACERDOTIS
EX
PROBATISSIMIS ASCETIS
INDUSTRIE COLLECTUM
ET USUI,
ETIAM NON SACERDOTUM
ACCOMMODATUM.

Mors eſt malis,

Vita bonis.

DEVOTIO
MATUTINA.

A Jove Principatum: a Deo (creatarum rerum omnium Authore) suum Dies Christianus ducat exordium. Atque inde hominis, vel modicum salutis suæ studiosi prima de somno evigilantis cogitatio Sanctissimorum nominum JESUS, MARIA, & JOSEPH *sit devota invocatio!*

Protinus ad Deum toto corde, toto affectu, totisque viribus conversus cum gentium Doctore Paulo ad omne Dei obsequium se promptum, expeditumque offerat: illud identidem ingeminando: Domine! quid me vis facere? *Act. 9. vel cum Psalmista Rege:* Paratum cor meum Deus, paratum cor meum! *Ps. 56.*

AF-

AFFECTUS.

INTER INDUENDUM.

O Gloriosissime JESU! da mihi, ut sicut e lectulo meo surrexi, meisque me vestibus induo, itá in die Judicii é sepulchro gloriosus resurgam, induárque gloriâ, & decore.

VEL:

Indue me Domine novum hominem, qui secundúm Deum in Justitia, & Sanctitate continuó vias meas ambulem, & á lege sancta tua né vel in minimo deflectam.

ACTUS MATUTINI.

O dulcissime amor mi, dono tibi cor meum, & animam meam. Totus sim tuus! nihil mihi árrogo in æternum! O JESU! Candor lucis æternæ! Deus, Deus meus, & omnia!

GRATIARUM ACTIO.

Benedicta sit Sancta Trinitas, atque indivisa Unitas: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus! Confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Benedictus sit Deus Pater, qui me creavit, & conservat; unigenitúsque Dei Filius, qui me redemit; S. quoque Spiritus, qui me sanctificavit.

Adoro, laudo, & saluto te dulcissimum, & vernans Cor JESU Christi, & ex totis viribus cordis mei, ago tibi gratias, quòd me hac nocte custodiveris, Deòque Patri pro me laudes, & gratiarum actiones persolveris.

Immortales etiam vobis gratias, Virgo Sanctissima, DEI genitrix Immaculata Maria! SS. Angeli, & Patroni mei! pro speciali tutela mihi, & omnibus in toto mundo hominibus

bus hac nocte exhibita! benedicant, & collaudent vos omnes omnium anhelitus, & reſpiria. Pſallat cor noſtrum vobis gratiarum Canticum, ut ſemper, præſertim in agone noſtro, a vobis adjuvari mereamur.

OBLATIO

TOTIUS DIEI.

Quantus, quantus ſum, totus tuus Domine ſum; quantus in corpore, quantus in anima; quantus in omnibus fortunis meis. Ac proinde reddo ego me tibi totum, qui totum me tibi tot titulis debeo. Ecce diem, quem hodie cæpi, impendendum obſequiis tuis a te mihi conceſſum! hunc una mecum altiſſimæ tuæ Majeſtati reverentiſſime dedico, & ſubſterno, volens, ac efficaciter deſiderans, ut ſerviat tibi Domine, quid quid agam, quid quid loquar, quid quid cogitabo. Volo, ut omnis animæ,

nimæ, & corporis motus, omne momentum vitæ meæ nihil ſpiret aliud, quam laudem, & gloriam tuam: Sanctus! Sanctus! Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Et hæc omnia unita meritis vitæ, & paſſionis Domini noſtri Jesu Chriſti, ſanguine ejus aſperſa, in corde depoſita, manibus benedicta, conjuncta omnibus lacrymis pœnitentium Sanctorum; omnibus meritis Electorum tuorum offero Divinæ Majeſtati tuæ, ex amore tui ad majorem gloriam tuam. In gratiarum actionem & ſatisfactionem. Ad impetrandam mihi virtutem, & gratiam (N.) Ad impetrandam Peccatoribus pœnitentiam, & contritionem; ægris ſanitatem; tentatis auxilium efficax; juſte bellantibus victoriam; quibuscunque indigentibus tuam opem, agonizantibus perſeverantiam; defunctis requiem, omnibus denique invocantibus Nomen tuum, vitam ſempiternam.

PETITIO
BENEDICTIONIS DIVINAE.

Benedic mihi hodie, & quotidie Sancta & Individua Trinitas! Benedic mihi ineffabilis Potentia Patris; Sapientia Filii; & Virtus Spiritus Sancti.

O Virgo! Mater misericordiæ! dulcissima Parens! fons divinæ pietatis & gratiæ! intercede pro me! impetra mihi, ut casto, & modesto corde, Filio tuo, & tibi in omnibus actionibus meis servire, & placere incessanter studeam.

S. Michael Archangele! defende me in prælio, ut non peream in tremendo Judicio.

Per merita Sanctorum Patronorum meorum! per Crucem, & pretiosum sanguinem Salvatoris mei Jesu Christi! per merita totius triumphantis, & militantis Ecclesiæ, Sancte Deus! Sancte Fortis! Sancte & Immortalis miserere mei.

A

A ſubitanea, & improviſa morte libera me Domine! a peccandi occaſione, a carnalibus deſideriis, a corde obſtinato, & in peccatis obdurato, a ſpiritu ſuperbiæ; ab omni prava intentione, ab appetitu mundanæ conſolationis, ab omni vanitate, a deliberato veniali peccatò, æternaque mei damnatione libera me Domine.

POSTULATIO GRATIARUM.

Inclina aurem tuam ad preces meas Domine Deus, refugium meum, & cuſtodi me! Notam mihi fac viam, qua digne ambulem; & doce me facere voluntatem tuam.

Da cordi meo te deſiderare, deſiderando quærere, quærendo invenire, inveniendo perfecte ſuper omnia amare.

Pone cuſtodiam ori meo, ut non delinquam in lingua! da patientiam in adverſis: continentiam in

profperis; fac me terrena defpicere, & diligere cœleftia. Auge in me fidem, fpem, & charitatem; deduc me in femitam mandatorum tuorum, &, quod a me requiris, ut faciam, tribue, ut fciam. Tu fcis Domine, quid a te petere debeam! id tu mihi largire, qui omnia potes. In te enim confido, & fcio, quia non confundar.

PROTESTATIO.

Protestor coram te, & fanctis tuis omnibus, O infinita Dei Bonitas! me nec graviter, nec leviter velle hodie, aut unquam peccare; maloque, fretus tuo divino auxilio, quod fupplex imploro, jacturam vitæ meæ millies fubire, quam in ullam, etiam minimam, Bonitatis tuæ infinitæ offenfam declinare.

PRO-

PROPOSITUM.

Volo omnia facere ab hoc momento eo motivo, eoque modo, quo tu vis, & quia tu vis illa fieri. Volo, non tepide, ſed ferventer, & perfecte in continua amoris proprii mortificatione tibi Deo meo ſervire; ſolitos meos prolapſus - - - - peculiari cautela evitare, idque totum pure propter te Deum meum unicum, ac ſolum Bonum.

AD B. V. MARIAM.

O auguſta miſericordiæ Mater! glorioſa Dei Genitrix Maria. Te ego, poſt Deum unica Spes, & Salus mea, novo amoris affectu in Matrem meam gratioſiſſimam, unice colendam, amandam, imitandamque ſuſcipio. Ah! ſuſcipe tu quoque me, licet indigniſſimum, in filium tuum, ut Materna cura tua protectus, potentiſſimoque, quo apud Deum va-

les, patrocinio tuo adjutus, nullo unquam ſeu mortali, ſeu veniali ſcelere, animam meam commaculem.

Age, o! potentiſſima cœli, terræque Domina! & mihi indigno ſervo tuo præſertim ſingulare donum Caſtitatis, Humilitatis, Patientiæ, & Continuæ mei in omnibus perfectiſſimæ abnegationis, quin & donum omnium virtutum, quibus tu olim in vita tua filio tuo ſingulariter placebas, mihi minimo clienti tuo clementiſſime impetra, meque in ſtatu vitæ (filio tuo, & tibi gratiſſimo) conſerva: O clemens! o pia! o dulcis Virgo Maria.

Memento, quæſo, mei nunc, & in hora mortis meæ, Amen.

AD S. ANGELUM CUSTODEM.

Angelice Patrone,
Cœleſtis Spiritus:
Cuſtos,

Custos, & Ductor bone
Mi date cælitus:
Cum mors fatali ense
Pectus disruperit,
Et furva Ditis dense
Phalanx obsederit;
Ah! Angele! afflictum
Clientem protege:
Ne sine te relictum
Debellent furiæ.

V. Angelis suis Deus mandavit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

OREMUS.

O! Sancte Dei Angele, Princeps cœlestis, & Custos mi fidelis, cujus vigilantissimæ curæ, ac protectioni omnium Creator Deus ab ortu nativitatis meæ me commisit; ex toto cordis affectu tibi gratias ago ob illum amorem, & custodiam, qua tu

tu me tum lapſa nocte, tum reliquis ante actæ vitæ meæ diebus tam fideliter protexiſti. Benedicta ſit hora, qua mihi in cuſtodiam datus, & in Denſenſorem, ac Patronum deputatus es! Benedicta ſit tua in me charitas, omnique tua ſolicitudo, qua ſalutem meam procurare tam ſolerter curas. Ecce! iterum, iterumque & animam, & corpus meum pro hodie, & tota vita mea fideliſſimæ tuæ curæ impenſiſſime commendo, duc, quæſo, cæcum, ignorantem inſtrue: imbecillem conforta: errantem reduc: pigrum impelle: dormientem excita: peccantem coerce: ad bona opera impelle: in cunctis periculis ſuccurre: ab omnibus inimicis viſibilibus, & inviſibilibus tuere: ac tandem extremam illam difficilem luctam, quæ cum hoſtibus animæ meæ futura eſt in morte, felicem eſſe procura, ut ſic munimine tuo protectus in cæleſti patria tecum, & cum omnibus

angelis

angelis cæteris vultum gloriæ Dei æternum merear contemplari.

PRÆPARATIO

AD ACCEDENDUM FRUCTUOSE

SACRAMENTUM POENITENTIÆ

Hoc Sacratissimum Sacramentum est lavacrum sanguinis Agni Dei Immaculati; quis eo lavari & stolam animæ suæ fœdatam dealbari nolit? Piscina est Probatica: Joan. 5. In qua post motionem aquæ quisque sanus fieri potest, a quacunque detineatur infirmitate. Et quis æger in eam mitti renuat? Digna hujus Sanctissimi Sacramenti frequentatione magna Dei gratia; pœnarum indulgentia, magnum robur contra tentationes acquiritur: ecquis horum se participem facere negligat? certe nisi Sacerdos (nisi Catholicus

quiscunque, salutis suæ vel modicum studiosior) Sacramentum hoc sine speciali præparatione crebrius accedat, periculum manifestum facit, ne gratiæ loco, quam alioquin per usum Sacramenti hujus facile invenire posset, damnationem potius hauriat sempiternam. Ac proinde Praxim aliquam succinctam debite parandi se pro sacra Confessione, quemadmodum & actus doloris, ac Propositi ad Sacramentum hoc necessarios paginæ sequentes dabunt.

ORATIO.

ANTE EXAMEN CONSCIENTIAE.

Domine Deus, qui scrutaris profundum cordium humanorum, & in cujus conspectu nihil occultum manet, illumina oculos mentis meæ, ut peccata mea, quibus Majestatem tuam offendi, rite agnoscere, agnita deflere, & defleta emendare efficaciter

ter valeam, Per Chriſtum Dominum noſtrum.

ACTUS DOLORIS

ANTE S. CONFESSIONEM ELICIENDUS.

Pater! ah Pater! peccavi in cœlum, & coram te! jam non ſum dignus vocari filius tuus. Deſideriis, & concupiſcentiis obtemperavi, te fideliſſimo Patre contempto! fodi mihi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas, te Fonte aquæ vivæ relicto, gaudium in creaturis quæſivi, quod in te ſolo inveniri poteſt.

O! quæ major mea inſania? quæ malitia mea major eſſe poterat? tu, piiſſime Jesu, beneficiis multis, ac magnis cumulaſti me: & ego multis ac magnis delictis offendi te; Vah Ingratitudinem meam! fluite lacrymæ! heu plenis rivis effluite! quia

offendi Deum meum, ſummum & unicum Bonum, in ſe, & propter ſe, ab æterno infinite ſuper omnia amabile! hæc unica, & ſola acerbisſimi doloris mei cauſa eſt!

Diſſiliat, ac conteratur dolore, & luctu cor meum, quia inique egi, & contra Bonitatem tuam infinitam deliqui.

O Jeſu dulciſſime! Deus optime! doleo, doleo me peccaſſe, pure quia te omni amore digniſſimum Bonum, Deum meum offendi; ſed nullum, nullum amplius poſthac peccatum! potius in profundum inferni demergar, quam vel cogitem de peccato adverſus te admittendo!

Miſerere mei, miſerere ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele omnes iniquitates meas!

Im-

Immerge vulneribus tuis animam meam peccatis fædatam, ut abluatur in Sanguine tuo. Projicio peccata mea in abyſſum miſericordiæ tuæ, ut penitus annihilentur. Offero tibi pro eis merita tua infinita, tuam amariſſimam Paſſionem, ac mortem pro illis tibi offero, ut, quando ſubinde mori me voles, miſericordiam ego tuam apud te inveniam.

Interim autem redde mihi, obſecro, licet filii nomine indigno, tu Pater benigniſſime! gratiæ tuæ veſtem, quam peccatis meis tam turpiter perdidi. Reſtitue amoris tui annulum, quem amore creaturarum tam proterve peſſumdedi, ut hoc ornatu in Cœna tua Euchariſtica gratioſus comparere, tibique æternum adhærere merear. *Mihi enim Deo adhærere bonum eſt.*

AFFECTUS ALIUS

CONTRITI CORDIS

SACRAE CONFESSIONI PRAEMITTENDUS.

Miſerrimus ego peccator peccavi in cœlum, & coram te. Inde revertor ad te Redemptorem meum, & Deum meum in toto corde meo, & doleo, quantum te adjuvante dolere poſſum, de omnibus iniquitatibus, & peccatis meis; non alio doloris mei motivo, quam: quia peccando te unicum, & ſummum Bonum (infinitam tuam divinam Bonitatem) peccator ſceleſtus offendi. Fac, obſecro, o Pater miſericordiarum! ut dolor hic meus adhuc intenſior ſit; ut doleam multo amplius, ſoloque amore tui, quo in tuam divinam Bonitatem ardentiſſime flagro, contritus ad pedes tuos concidam.

Deteſtor jam, & abominor ſuper omne malum peccata mea, quorum tu numerum noſcis; paratus etiam palam & clam Miniſtro tuo illa ſincere confiteri, & quæ (etiam quam maxime volenti) non occurrunt, ea omnia huic ſacræ Confeſſioni incluſa, & tuo ſacratiſſimo ſanguini immerſa cupio, ut, quod mihi deeſt, illius pretio ſuppleatur.

Reſpice clementiſſime Pater prodigum filium tuum pœnitentem, quemadmodum reſpexiſti unigenitum in horto proſtratum & pro me ſanguinem ſudantem.

Omnem dolorem, quem ille ſuper peccatis totius mundi unquam habuit, ego tibi Pater miſericordiſſime in ſupplementum contritionis meæ humillime offero, rogans: ut meritis ejus (dilecti ſcilicet Filii tui) in conſpectu tuo hodie gratiam per virtutem Sacramenti pœnitentiæ re-

conciliatus inveniam, & te in æternum amplius non offendam.

POST PERACTAM S. CONFESSIONEM ORATIO.

Sit tibi Domine, obſecro, meritis Beatiſſimæ ſemper Virginis Genitricis tuæ Mariæ, omniumque Sanctorum tuorum grata, & accepta iſta confeſſio mea, & quidquid mihi defuit nunc, & alias de ſufficientia contritionis, de puritate, & integritate confeſſionis, ſuppleat, oro, Pietas, & Miſericordia tua, & ſecundum illam digneris me habere plenius, & perfectius abſolutum in cœlis, qui vivis, & regnas Deus in ſæcula, Amen.

ALIA ORATIO IMMEDIATE POST S. CONFESSIONEM.

Ad te, o benigniſſime JESU! revertor, & gratias tibi, quas poſſum,

& teneor, obstrictissimas rependo, quod a fœdissima peccatorum meorum lepra mundare animam meam, tam misericors Pater, dignatus sis. Sit nomen tuum o Jesu! benedictum in sæcula! vere tu Jesus verus Salvator es, qui neminem a te, quamvis flagitiosissimum, repellis; qui omnes, serio contritos corde, in gratiam tuam recipis, & filiorum tuorum numero, misericordissimus Pater, adscribis.

Misericordiæ tuæ viscera, o Jesu! agnosco, & amplector, meque servitio tuo totum deinceps ex toto mancipo, & addico. Adjuva, obsecro, imbecellitatem meam, ut nunquam hujus tui mihi præstiti beneficii oblitus, amore ullius boni creati, aut præposteri affectus impulsu in peccatum aliquod scelestus prolabar. Hoc certe meum adamantinum est propositum: *in æternum amplius non peccare.* Tu Deus confirma, quod

quod sancte operatus es hodie in servo tuo. Amen.

PIA SACERDOTIS AD CELEBRANDAM MISSAM PRAEPARATIO.

Certum est: Christum in Sanctissimo Altaris Sacramento magno erga nos amore adventum nostrum præstolari. Desiderat ille gratias suas, & dona tanto cumulatius nobis largiri, quanto ardentiore pietatis affectu cor nostrum flagrans invenerit. Ultro ipsemet ad nos venire, nos Sanctissimo corpore suo pascere, & sanguine sacratissimo potare anhelat. Et quid tu Sacerdos Dei? altaris Minister, ut hospitem tantæ majestatis, Deum tuum, digne juxta, atque fructuose excipias?

Ecce ad manum affectus quospiam, quos hoſpiti tuo ſcio certe placituros. Sunt illi ita diſpoſiti, ut his ad tenerrimam tuam devotionem liberrime omnino uti valeas.

EXERCITIUM DEVOTIONIS

ANTE CELEBRATIONEM.

Domine! nihil quidem mihi conſcius ſum, niſi quod tibi, & miniſtro tuo in Sacramento pœnitentiæ jam confeſſus ſum: attamen adhuc timeo, quia utrum amore an odio dignus ſim, neſcio. Idcirco confiteor tibi denuo culpam meam maximo, quo poſſum, doloris ſenſu, cujus tu me reum noſcis, percutiendo pectus meum cum publicano: Deus propitius eſto mihi peccatori. Deteſtor omnia mea peccata ſuper omne malum cum intenſiſſimo cordis mei dolore ſolum ideo, quia his offendi Bonitatem

nitatem tuam infinite amabilem ſuper omnia, o Deus meus & omnia!

SACERDOTIS CELEBRATURI

INTENTIO.

Ad laudem, & gloriam Sacro-Sanctæ & adorandæ Trinitatis, in memoriam vitæ, paſſionis, ac mortis Salvatoris mei, Jesu Chriſti, & in honorem Dominæ meæ, Dei genitricis Mariæ; cœleſtium Spirituum, & omnium Sanctorum, Sanctarumque, beate cum Deo regnantium, ac ſignanter Sancti N. (*cujus memoriam hodie agimus*) cum omnibus Angelorum & Sanctorum laudibus, ac meritis, offero tibi Deus meus, hoc præſens, & omnia alia ſacrificia, orationes, & bona opera totius mundi: pro meis præſentibus, & futuris animæ, & corporis neceſſitatibus; in remiſſionem peccatorum meorum, quorum

quorum veram ſemper contritionem habere intendo, conor, & cupio. Omnium præterea vivorum, & defunctorum; meorum Parentum, & Conſanguineorum, Amicorum, Inimicorum, Benefactorum in ſpiritualibus, & temporalibus, ac illorum, quibus aliquando fueram gravamen, ſcandalum, & occaſio peccandi; pro omni gradu Catholicæ Eccleſiæ, ac illius conſervatione, augmento, & exaltatione; Chriſtianorum Principum unione; hæreſum exſtirpatione; Summi Pontificis ſalute, & animarum in purgatorio exiſtentium liberatione; pro converſione omnium infidelium, pro mihi commiſſis, & commendatis.

Denique etiam pro omnibus, pro quibus orare ſoleo, & (quocunque demum titulo obſtrictus) orare teneor.

Pro omnibus itidem, pro quibus Dominus noſter Jesus Chriſtus, ejusque

jusque Mater ſanctiſſima me volunt orare, & ſacrificare: Nec non ad indulgentiarum quarumcunque toto orbe obtinibilium certam, ac infallibilem conſecutionem.

Ita volo & efficaciter, quantum ex parte mea eſt, ſacrificium iſthoc celebrare intendo, ac propono juxta intentionem S. Catholicæ Eccleſiæ, ego miniſter licet indignus: In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Amen.

Placeat tibi Domine hæc intentio mea & exaudi me. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

SACRIFICII CELEBRANDI

DEVOTA OBLATIO.

Sacro-Sancta Trinitas unus Deus! divinæ Majeſtati tuæ ſacrificium corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jesu Chriſti offero in unione illius amoris, quo Filium Pater in mundum miſiſti,

misisti, & illius sacrificii, quod Filius in cœna, & cruce obtulit. Desidero nunc illud implere, quod ipse instituit, & Ecclesia intendit pro gloria Dei.

Quia autem ego miser homuncio Spiritu egenus, & idoneis affectibus destitutus, atque etiam celebrandi munere longe indignissimus sum, idcirco offero tibi omnium Sanctorum & Electorum tuorum piissimos affectus, quos unquam elicuerunt, modo eliciunt, ac deinceps elicient; Omnes virtutum actus, quos in tremendo hoc mysterio decet exercere, obsecrans te per pretiosissimum sanguinem & mortem tuam, ut dimittas, quæ conscientia agnoscit, vel metuit, & adjicias, quod oratio non præsumit.

Per viscera misericordiæ tuæ te obtestor, ut tu idem hoc sacrificium, quod nunc ad æternum Majestatis tuæ cultum & honorem; in memo-

riam

riam, & venerationem amariſſimæ Paſſionis, & mortis tuæ omnibus viribus ſerio intendo, benigne ſuſcipias, ac Patri tuo æterno, quo ipſe offerens, & Oblatio factus es, in ea virtute offeras, qua eidem moriens in cruce Spiritum tuum tradidiſti; Item ut me, ac omne obſequium meum miſericordiſſime reſpicias; mihi hodie peccatorum meorum indulgentiam; Amicis, & Benefactoribus (nominatim - his - - illisque) tuam gratiam; agoni ultimo jam vel propinquis, vel proximis tuum divinum aobur, auxiliumque, fidelibus defunctis (maxime - illis - - & iſtis) æternam requiem; nobis denique omnibus clementiam, vitamque largiaris ſempiternam.

Vere miſer, & infirmus ſum Domine: ſed miſeros, ſcio, & claudos quoque a cœna tua non rejicis; verum inſuper intrare compellis. Omnes nos vis ad te venire, qui laboramus,

boramus, & onerati ſumus; inde venio, & ampliori fiducia venio; dixiſti enim: qui manducat hunc panem, vivet in æternum; atque adeo fiat ergo mihi hodie ſecundum verbum tuum Domine. Venio, qui non ſum dignus, ut fiam dignior; ut omnes meas iniquitates mergam in ſanguine tuo, ut majus robur ac fortitudinem tentationibus reſiſtendi acquiram; ut efficaciores gratias impetrem perfectionem ſtatui meo competentem conſequendi, tibi ad usque finem vitæ meæ fideliter absque ulla tui offenſa ſerviendi, ac tandem ſalutem æternam feliciſſime obtinendi; ſpeciatim autem, ut mihi, & cordi meo amorem tui dones; hanc virtutem (N.) illam gratiam (N.) conferre digneris.

Venio denique & ſupplex pro vivis, & defunctis, pro Parentibus, Amicis, & Inimicis meis, pro omnibus Superioribus, & Benefactoribus;

bus; pro omnibus, qui ſe precibus meis commendaverunt, tuam Miſericordiam imploraturus.

Quod ſi tuo ſacratiſſimo decreto adhuc hodie hoc mundo me decedere ſtatutum eſt: tum hæc ſacra Communio ſit mihi in viaticum, ſit in pignus gloriæ futuræ.

Veni ergo o! Jesu in cor meum, ut totus in te liqueſiam & tui amore totus conſumer; in te enim vivere, & mori volo.

Veni amantiſſime Jesu! & da mihi, ut ſumendo corpus tuum ſanctiſſimum tibi incendio amoris uniar, & in amore amoris tui moriar. Amen.

INTENTIO SUCCINCTIOR

Immediate ante celebrationem

MISSAE.

Ego volo celebrare Miſſam, & conficere corpus, & ſanguinem Domini

ni noſtri Jesu Chriſti juxta ritum S. Romanæ Eccleſiæ ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, totiusque curiæ triumphantis, ad utilitatem meam, totiusque curiæ militantis. Pro omnibus, qui ſe commendaverunt orationibus meis in genere, & in ſpecie, Pro felici ſtatu S. Romanæ Eccleſiæ. Amen.

Domine Jesu! unio meam intentionem hodie cum intentione tua ſanctiſſima, quam olim habuiſti, dum in ultima cœna hoc ſacrificium incruente dilectiſſimo Patri tuo obtuliſti.

EXERCITIUM
DEVOTIONIS POST MISSAM.

Inveni, quem diligit anima mea, tenui, nec dimittam te mi Jesu; amplector, & amoris mei gaudium obtineo; te cordis mei theſaurum

comprehendo, in quo omnia possideo. Sentiat, obsecro, mens mea virtutem præsentiæ tuæ! gustet, quam suavis sis Domine, ut amore tui capta nil extra te quærat, nil diligat nisi propter te. Tu es Rex meus: ne obliviscaris inopiæ meæ, & tribulationis meæ! tu es Judex meus: parce peccatis meis, & miserere mei! tu es Medicus meus: sana omnes infirmitates meas! tu es Sponsus animæ meæ: sponsa te mihi in sempiternum. Tu es Deus, & defensor meus: pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. Tu victima pro me factus es, & ego sacrificabo tibi hostiam laudis. Tu Redemptor meus es: redime animam meam de manu inferi, & salva me. Tu es Deus meus, & omnia! Quid enim mihi est in cœlo? & a te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea: Deus in æternum.

GRA-

GRATIARUM ACTIO.

Consummatum est, o Domine Deus! opus remissivum meorum, & totius mundi peccatorum, sacrificium salvificum animarum nostrarum! laudetur igitur Sanctissimum Sacramentum; Jesus Christus, filius æterni Patris, verus Deus, & homo pro me olim natus, passus, crucifixus, mortuus; nunc autem sub speciebus panis, & vini in cor meum impressus, quem non equidem fallibilibus, & infirmis sensibus meis comprehensum, sed infallibili vivæ fidei lumine agnitum pro tanta dignatione, & amore incessanter laudo, infinities adoro, desideratissime benedico, ardentissime super omnia amo. Sit tibi Domine pro hoc summo beneficio a me & ab omnibus creaturis (imo quia hæ non sufficiunt,) a tuamet ipsa infinita Perfectione æterna benedictio, claritas, gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo in sæcula sæculorum. Amen

ALIA
piissimis affectibus plena
GRATIARUM ACTIO.

Ad infinitudinem tui erga me amoris, Domine Deus! confunduntur inferi, terrentur cœli, obstupescunt Angeli, & anima mea præ veneratione ejusdem tota deficit, quid enim est, o amabilissime Jesu! quod me tanto amoris impetu quæras, ut te ipsum in me deperdas? quod me tibi tantopere conjungi concupiscas, & etiam cibus meus quotidianus fias? vere non facis taliter aliis nationibus, imo perpaucis tantum tuis fidelibus.

Te dando, Domine Deus meus! dedisti mihi jam omnia; propterea dissipiunt mihi nunc res cæteræ, quas tantum somnia esse experior.

O! Pater cælestis! Pater misericordiarum clementissime! quid tibi rependam, qui sic mundum dilexisti,

ſti, ut Filium tuum unigenitum dares! qui non tantum vitam pro ſalute noſtra, ſed & ſe ipſum in cibum animarum noſtrarum tam benignus, tam liberalis offerret?

En hunc, quem tuo beneficio nunc ſuſcepi, hunc ipſum Filium tuum dilectum, & una cum hoc me quoque totum (ah! patere vel minimum ſaltem aliquid gratitudinis meæ obſtrictæ teſtimonium) tibi confidentiſſime offero.

Reſpice, quæſo, non in me miſerum, ſed in faciem Chriſti tui! conſidera in Filio, quod te moveat: miſerere ſervi! & dum illius tibi patent vulnera, mea, oro, tegantur ſcelera!

En ſanguis Filii tui hujus clamat ad te de altari; utique non vindictam, ſed veniam: parce Domine; parce populo tuo!

Effunde miſericordiam in gentes, quæ te non noverunt, & illumi-

na corda illorum, ut te cognoſcant, & ament.

Diſſipa conſilia impiorum, ne regno tuo officiant, & propagationi gloriæ tuæ!

Da ſummo Pontifici, Prælatis, ordinibus Eccleſiaſticis, ac omnibus religioſis tui amorem, ut ſuo officio rite fungantur.

Imperatori, Regibus, Principibus, cunctisque Magiſtratibus ſapientiam, qua juſtitiam fideliter adminiſtrent, pacemque ſequantur; ac populo tuo benedictionem.

Tribue mihi famulo tuo ferventem in tuo ſervitio cum emendatione vitæ conſtantiam, ad meam, & proximorum ſalutem.

Deſiderium famuli tui (N.) in nota ejus cauſa adimple.

Afflictos ſolare! captivos libera! Pauperes adjuva! bellantes contra infideles conforta! peccatoribus veniam! inimicis meis tuam charitatem,

tem, ac dulcedinem! Amicis, Benefactoribus, & Consanguineis meis tuam dilectionem! Agonizantes, & omnes in purgatorio detentas animas salva! infideles converte! Ecclesiam tuam auge, & pacifica! & omnibus in te confidentibus felicem mortem, ac vitam æternam concede! sic te, Pater cœlestis, æterne Deus! per hunc ipsum Filium tuum, quem nunc in Sanctissimo Altaris Sacramento sub vini, & panis specie indignus suscepi, meoque sub corde adhuc clausum teneo, iterum iterumque ardentissime oro, & obtestor.

AFFECTUS SELECTIOR AD B. V. MARIAM

Post celebratum Missæ Sacrificium.

O dignissima salutis nostræ Reparatrix Sanctissima Virgo Maria! ecce quam magna fecit mihi dilectissi-

mus Filius tuus, Dominus Deus meus, qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus! exaltavit enim humilitatem meam infimam ad altiſſimam ſacerdotalem dignitatem in hac lacrymarum valle. Fecit potentiam in brachio ſuo: Se mihi de altiſſimo ſolio gloriæ ſuæ, in manus, in cor meum detrahendo; eſurientem implevit bonis pretioſiſſimi corporis, & ſanguinis ſui; vere recordatus miſericordiæ ſuæ, quæ eſt a progenie in progeniem; verum hæc omnia non meis, ſed tuis ſolis ineffabilibus meritis o Mediatrix noſtra! o Advocata noſtra!

Obſecro ergo per ſummam excellentiam prærogativarum tuarum, qua ſuper omnes Angelos exaltaris! per ineffabilem dulcedinem tuæ ſummæ beatitudinis, ut, ſicut tu poſt Annuntiationem, Conceptionem, & Nativitatem Filii tui dilectiſſimi in excellentiſſima gratiarum actione inceſſan-

cessanter tota profundebaris, ita etiam nunc pro adventu Filii tui ad me, beatissima anima tua mei loco Dominum magnificet, ut & spiritus meus in hoc Sanctissimæ Trinitati acceptissimo gratitudinis supplemento exultet, sicut tuus exultavit in Deo salutari tuo.

Impetra etiam mihi Domina, ut hoc refectus epulo deinceps nihil, quod carnem, & mundum sapit, esuriam, sed suggestionibus inimici semper victoriose resistam! vitia mihi familiaria, & omnia alia eradicem, in virtutis studio debite proficiam, & officio meo exacte satisfaciam.

Commendo tibi insuper omnes meas, & meorum amicorum spirituales juxta, atque corporales necessitates! adjuva nos Domina! maxime ut in bono finali perseverantes, in hora mortis animas nostras per potentissimam interventionem tuam æternum salvemus. Amen

ORATIO

PRO

LUCRANDIS INDULGENTIIS.

Unum adhuc ad pedes tuos obſecro, dulcisſime Jesu, ut, qui hodie per virtutem Sacramenti remisſionem delictorum meorum (prouti credo, & ſpero) quoad culpam conſecutus ſum, per eandem gratiam, & infinita merita pretioſisſimi ſanguinis tui etiam indulgentiam obtinere merear quoad pœnam temporalem, ſive in hac, ſive in altera vita adhuc ſubeundam. Offero tibi proinde in plenam ſatisfactionem omnes actiones meas, & bona opera in unione meritorum tuorum uſque ad ultimum vitæ meæ halitum exercenda! hac intentione etiam mortem ipſam & agonem meum corde humiliato, & contrito ſubire intendo. Cupio etiam me participem reddere omnium indulgentiarum,

rum, quas ex quocunque demum titulo, hodie, & univerſim lucrari poſſum. Ex hoc infinito Theſauro meritorum tuorum o Jesu! tantum accipio, ac tibi offero, quantum adhuc tibi teneor. Omnes reliquas indulgentias volo applicatas permodum ſuffragii animabus purgatorii, pro quibus tu vis, & ego ſuffragari teneor: pro Parentibus, Superioribus, Fratribus, & Sororibus meis; pro illis autem ſpeciatim, qui ſe precibus meis comemdarunt. Placeat tibi Domine hoc deſiderium meum, & miſerere mei. *Poſt hoc orantur 5. Pater, & Ave ad intentionem S. Matris Eccleſiæ.*

PRO

NECESSITATIBUS PUBLICIS.

Pater miſericordiarum, & totius conſolationis! ad te nos miſereri pec-

catores in anguſtiis, & neceſſitatibus noſtris corde contrito, & humiliato confugimus; tuis multis miſerationibus confidentes ad thronum gratiæ, & bonitatis tuæ humillime procumbimus, deprecando per Jesum Chriſtum Filium tuum, per ipſius, & omnium ſanctorum merita, ut avertas iram a nobis, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Moveat te, quæſumus, amor ille, qui te movit, ut Filium tuum unigenitum nobis redimendis totum impenderes.

Vide afflictionem populi tui: conſidera inenarrabilem multitudinem miſeriarum, concupiſcentiarum, infirmitatum, injuriarum, ærumnarum corporis, & animæ, quibus undique Filii tui, & creaturæ tuæ miſere colluctamur, & perimus. Novimus Domine, quod, niſi tu nobis ſuccurras, nemo ſit, qui nos e tantis periculis liberare poſſit. Leva ergo manus tuas in ſuperbias eorum, qui

ſuper populum tuum malignaverunt conſilium. Ecclaſiam tuam contra quascunque infeſtationes corrobora! da omnibus Chriſtianis Principibus veram & ſinceram inter ſe concordiam, ut pro Eccleſiæ ſanctæ tuæ exaltatione, & Nominis tui gloria totam Rempublicam Chriſtianam defendant. Disſipſa gentes, quæ bella volunt, hoſtilesque conatus in nihilum redige, ut ab omnibus calamitatibus, bellorumque moleſtiis liberi, in protectionis tuæ ſecuritate conſtituti ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſerviamus tibi in ſanctitate, & juſtitia omnibus diebus noſtris. Amen.

FORMULAE VARIAE SALUTANDI SANCTISSIMUM SACRAMENTUM.

I.

Ave, O dulcissime Jesu, Fili Dei, & Mariæ Virginis! Te Dominum meum, & Deum meum hic præsentem cum vera fide, & fiducia omnium creaturarum possibili affectu devotissime adoro, laudo & glorifico; atque etiam amore ardentissimo complector. Ah! quam parum amavi, & glorificavi te hactenus, qui tamen infinito honore, & amore nunquam non dignissimus eras! O Jesu! Deus cordis mei infinite amabilis! totus desiderabilis! esto mihi Jesus, nunc, & in hora mortis meæ. Intra mellifluum Cor tuum absconde me! ne æternum separer a te.

Te fruar in vita ſolario! in morte viatico! poſt mortem præmio!

Id unum a te peto per lacrymas, per ſudorem, per ſanguinem tuum O Jesu! eſto mihi Jesus! & ſalva me.

AFFECTUS
S. THOMAE AQUINATIS.

Adoro te devote latens Deitas:
Quæ ſub his figuris vere latitas,
Tibi ſe cor meum totum ſubjicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Plagas ſicut Thomas non intueor
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.

Formula II.

O Jesu! Deus cordis mei! ſpes mea, amor meus & omnia! monſtra, ah monſtra, quæſo, nunc, & in hora mortis meæ te eſſe meum protectione Advocatum, dignatione Fratrem: commiſeratione Patrem: dilectione Sponſum: ſalvatione Jesum! fac: ut ſicut tu olim in vita, & in morte Patris tui, ita & ego vivens & moriens tuum beneplacitum ſanctiſſimum ſemper perfectiſſime exequar! te pane Angelorum perfecta fide, ſpe, & charitate (præprimis ſub adventum mortis meæ) ita fruar in terris, ut ſubinde, cum apparuerit gloria tua, eodem etiam ſatiari merear in cælis.

AFFECTUS S. THOMAE AQUINATIS.

O Memoriale mortis Domini! Panis vive, vitam præſtans homini!

Præſta meæ menti de te vivere,
Et te ſemper illi dulce ſapere!
Pie Pelicane Jesu Domine,
Me immundum munda tuo ſangui-
ne,
Cujus una ſtilla ſalvum facere
Totum mundum quit ab omni
ſcelere.

Formula III.

Adoro te in profundo mei nihili Domine, & Deus meus, & quidem in unione illius adorationis, qua humanitas tua adoravit divinitatem, cum affectu totius univerſitatis triumphantis & militantis Eccleſiæ. Sanctus! Sanctus! Sanctus Dominus Deus Sabaoth: pleni ſunt cœli, & terra Majeſtatis gloriæ tuæ. Deus ſanctus! Deus fortis! Deus immortalis miſerere nobis. Et hoc ipſum toties, quoties genua mea coram te flectam

flectam, vel tui adhuc recordabor in vita mea; imo: quoties possibile, & cogitabile est; singulis etiam momentis temporis, & æternitatis omni meliori affectu & desiderio iterari, ac multipliceri cupio. Credo, quod hic in sanctissimo Sacramento realiter præsens sis. Utinam omnis terra adoret te, & psallat tibi! in te spero; fac de me, quod vis, nam scio, quod hominum amator sis! te etiam super omnia amo; & ex hoc purissimo tui amore doleo, quod te unquam offenderim. Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele!

O Jesu! quem velatum hic aspicio,
Oro, fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ.
Amen.

ORA-

ORATIO SACERDOTIS.

Gratias tibi ago infinitas Clementiſſime Deus, quod me indignum ad ſtatum Sacerdotalem vocaveris. Fac, ut huic ſtatui & vocationi meæ etiam debita obſervantia & moribus congruis aſſidue correſpondeam, obligationi tantæ nunquam non ex officio meo plene ſatisfaciam; altari tuo ſemper mundo corde aſſiſtam, ſaluti animarum lucrandarum, bono præprimis exemplo, zeloſus intendam, humano reſpectu, nugis, curisque ſæcularibus poſtpoſitis ſoli tibi placere ſtudeam. Confido enim in tuam paternam Providentiam, quod, ſi te ſecutus fuero, ſine baculo licet, & ſine pera, tua gratia nihil unquam mihi ſit defuturum,

RENO-

RENOVATIO VOTORUM

a Sacerdote, qui his obſtrictus eſt, ante vel poſt celebrationem uſurpanda.

Deus, cui ſervire, regnare eſt; ego N. me tibi in ſervum perpetuum ſponte ſubjicio. Si enim nondum per vota mea religioſa Majeſtati tuæ eſſem obſtrictus, hoc momento me obſtringi vellem; ac proinde ea nunc renovo, & omnia tibi ſerviendi deſideria, omni ſolemnitate, & meliori modo, ſicut ſcis, & vis, propter te ſolummodo, & ut tibi placeam. His itaque me tibi totum quantum conſecro: & quidem in unione illius ſacrificii, quo unigenitus tuus Jesus Chriſtus ab inſtanti conceptionis ſuæ uſque ad mortem crucis iterato ſe obtulit in holocauſtum. Tibi omnipotenti Deo, in præſentia totius cæleſtis Curiæ, ſeriam converſionem morum meorum, voluntariam PAUPERTATEM CASTITATEM, & OBEDI-

ENTIAM

ENTIAM perpetuam voveo; imo toties renovatam hanc ſeriam voluntatem meam volo, quoties adhuc reſpiravero. Quia autem ſine te nihil poſſum, fac: ut hæc pia deſideria de tua miſeratione concepta, nulla amplius poſſint tentatione mutari; & quod tibi toties promiſi, te etiam donante inceſſanter impleam. Amen.

EXERCITIUM VESPERTINUM.

Tempus ſomni fere medium vitæ noſtræ eſt; quod ſi male collocamus, bone Deus! quantam jacturam & gloriæ, & meritorum facimus!

Si ſomnum non bene impendo: in quo, obſecro, differam a bruto? certe neſcio, an craſtinum diem aſſecuturus ſim: ergo ſaltem in tempore opportuno domui meæ diſponam, cum lectulum meum velut ſepulchrum, ingrediar.

PRA-

PRAXIS

Pie, & decenter decumbendi.

I. Inſtituenda gratiarum actio pro cuſtodia diei.

II. Offerendus ſomnus in unione ſomni & reſpirationis Chriſti.

III. Petenda Benedictio a Patre, & Matre miſericordiarum.

IV. Proteſtatio facienda contra nocturnos hoſtium inſultus.

V. Renovanda vota (ſi homo religioſus es) formula itidem ſodalitatis tanquam a Sodali B. Virginis Mariæ; & ſymbolum fidei tanquam a bono Catholico.

VI. Nunquam concedendum cubitum, niſi prius conſcientia examine generali & intenſiſſimæ contritionis affectibus perfecte emundata.

Actus ejusmodi complures invenientur ſupra, ubi de præparatione ad ſacram confeſſionem tractatum.

PIA INTENTIO VESPERTINA.

Dulcissime Domine Jesu Christe! in unione tuarum sanctarum respirationum, & somni tui sacratissimi tibi somnum meum offero, cui nolo indulgere ob voluptatem, aut propriæ sensualitatis inclinationem, sed ob naturæ necessitatem, divinæque tuæ voluntatis inclinationem.

Offero tibi item omnes respirationes meas, ac vehementer desidero: singulis respirationibus non minus in somno laudare, & amare te Dominum meum, & Deum meum, ut dicere possim cum veritate: Ego dormio: cor autem meum vigilat. Dignare igitur Domine Jesu cum Patre & Spiritu S. mihi tuam dare sanctissimam benedictionem, uberemque gratiam largiri tecum semper vigilandi, & corpore quiescendi in pace, quia ego me totum simili plane af-

fectu

fectu in manus tuas ſacratiſſimas commendo, quo quondam Beatiſſima Mater tua ſe tibi, & tu æterno Patri tuo te moriens commendaſti.

Dignare Domine nocte iſta ſine peccato me cuſtodire: Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Pax Domini noſtri Jesu Chriſti, & virtus ſacratiſſimæ Paſſionis ejus: ſignum S. Crucis, & titulus triumphalis: Jesus Nazarenus Rex Judeorum, integritas quoque B. V. Mariæ: cuſtodia SS. Angelorum, ſuffragia omnium Electorum ſint inter me, & omnes inimicos meos.

O cor Jesu dulciſſimum! tibi commendo hac nocte cor meum, ut in te dulciter quieſcat; & quoniam ego obdormiturus Deum aliter laudare nequeo, hoc tuum, mi Jesu, ſuaviſſimum Cor totum ſupplere dignetur.

Jesu,

Jesu, Maria, Joseph,
Vobis dono cor, vobis dono animam meam.

PETITIO BENEDICTIONIS

A. B. V. M.

Fja mea anima! prosterne te ad pedes Matris tuæ, Mariæ, nec ante recede, quam illa tibi benedixerit! O Benedicta a Deo, & omnibus benedictionibus cumulata! Benedic pro tua clementia, & pietate afflictæ animæ meæ, uberemque gratiam mihi a dilectissimo Filio tuo impetra ita ipsi, tibique hic in terra serviendi, ut æternæ gloriæ subinde particeps efficiar.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.

PROTESTATIO VESPERTINA.

Protestor coram Divina Mejestate tua, o Deus cordis mei! & coram Curia cælesti universa me ex hoc momento omnia detestari indecentia somnia, quidquid vel umbram impuritatis olere potest.

Oro, optoque toties sanctissimis desideriis in te Deum meum rapi, quoties fuero impugnatus; vellemque potius mori morte acerbissima, quam sciens, & volens in unicam (etiam præcise levissimam) divinæ tuæ Bonitatis offensam consentire.

AFFECTUS
ULTIMUS
ANTE SOMNUM.

Piissime Jesu! fac me requiescere super pectus tuum! da mihi trahere anhelitum de sacro, & mellifluo corde

de tuo! Da: ut ſingulæ reſpirationes meæ hac nocte tibi laudem, & honorem exhibeant; & ut amem te, ut gorificem te in æternum.

In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.

In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam.

PRO DEFUNCTIS.

Pſalmus: De profundis clamavi ad te &c.

ORATIO.

Miſerere piiſſime Jesu! & reſpice de ſede magnitudinis tuæ ad miſeras animas in purgatorio detentas, quia tibi proprium eſt miſereri ſemper & parcere! miſerere gemituum, miſerere precum, quas illæ ad te fundunt! reſpice, imo & exaudi pretioſum ſanguinem tu-

um, pro his ad te clamantem, & condona eis pœnas peccatis ipſarum debitas.

V. A porta inferi

R. Erue Domine animas eorum.

ORATIO.

Abſolve, quæſumus, Domine animas famulorum, famularumque tuarum, ut, defuncti ſæculo, tibi vivant, & quæ per fragilitatem carnis, humana converſatione, commiſerunt, tu venia piiſſimæ miſericordiæ tuæ clementer abſterge, per Dominum noſtrum Jesum Chriſtum &c.

Requieſcant in lumine Viventium, Videntium, & Amantium te in æternum, Amen.

DE-

DEVOTIO MISCELLANEA
seu:
PRECES VARIAE
Variorum SS. Patronorum honori dicatæ.

REFLEXIO.

Homines fuerunt SS. Patroni tui, æque ac tu, tentationibus carnis, mundi, & Sathanæ expositi (sola Beatissima Dei Matre excepta, quæ utpote peccati omnis nescia, ab his immunis esse debebat) dicere poterant illi cum Psalte Regio Ps. 16. v. 9 Inimici mei animam meam circumdederunt: *Et tamen de carne, mundo, & Sathana gloriose triumpharunt.* Nunquid posses & tu? & si non feceris, quæ tibi spes erit eorum patrocinio gaudendi?

AFFECTUS TENERRIMAE DEVOTIONIS AD B. V. MARIAM.

Gloriosissima Angelorum Regina: mundi Domina! Verbi incarnati Mater, & peccatorum Advocata misericordissima! ecce! ego indignissimus filius, humillimus cliens & subjectissimus servus tuus ante pedes tuos prostratus, affectu filiali, clientelari, & quovis alio, quo possum, ac teneor, tibi omnem honorem, & gloriam, qua præ omnibus creaturis singulariter conspicuam divinus Filius tuus te fecit, tum meo, tum totius universi nomine animitus gratulor, gaudeoque ex totis visceribus, quod sicut es verissima Dei Mater, ita etiam sis verissima Thesauraria amoris, & Gratiæ Dei, potens amicum Dei facere, quem vis; potensque ejus gratia ditare, ac in amore divino firmare, confirmareque, quem diligis.

Diligo

Diligo te pretiosissima Domina ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima mea super omne illud, quod Deus non est, te plus æstimo, & appretio, quam cætera creata omnia, quippe quam solam Deo secundam, & uno solo Deo minorem agnosco, confiteor & veneror.

Trado me tibi in conspectu Sanctissimæ Trinitatis, Filii tui dilectissimi, Domini nostri Jesu Christi in perpetuum mancipium tanquam absolutæ meæ Dominæ.

Trado me tibi in Filium, tanquam amantissimæ meæ Matri.

Trado me tibi in hæredem, tanquam optatissimæ meæ Hereditati.

Trado me demum tibi in clientem, tanquam Patronæ, ac Advocatæ fidelissimæ, & efficacissimæ.

Tu ergo o dignissima Dei Hominis Parens Maria! cælorum Imperatrix, & Angelorum Regina, esto mihi semper propitia Domina! be-

nigna Mater: gratiosa Hæres; locuples Hæreditas; prompta Patrona, ac in omnibus meis necessitatibus efficax Advocata.

Impetra mihi a Deò efficaci interventu tuo, omnes illas dotes, virtutes, & gratias, quas ad procurandam tum meæ, tum aliarum quoque animarum salutem, majoremque Dei gloriam ex Debito meo promovendam Filius tuus divinus inopiæ meæ necessarias, efficacesque novit.

Exora mihi ab amantissimo Filio tuo certam a subitanea, & improvisa mala morte præservationem! seriam vitæ emendationem, & in bono opere perseverantiam; fac, oro, tuis apud Deum precibus, ut ad fideliter, & constanter illi in statu meæ vocationis sancte serviendum, vires ipse meas confortet, robur augeat, corporis sanitatem plenam, & integram conservet.

Noli,

Noli, quæſo, oculos in præteritam meam negligentiam & ingratitudinem, quam ex animo deteſtor, conjicere! ſed ignoſce, quidquid in debito tibi cultu, honore, & amore prætermiſi, ex nunc enim omnia, quæ ex Dei liberalitate poſſideo, tibi dico, & dedico, ac Filii tui, & tuæ impendenda gloriæ conſecro.

Tu, o Sanctiſſima, & amantisſima Mater mea, Regina, Domina, & Advocata! fac, ut potes, & ego confido, votorum meorum me reum, ut novis famulatui tuo obſtrictus vinculis æternum tibi vivere cogar mancipatus.

Ita iterum, iterumque tibi Domina, & Patrona amantiſſima per quidquid unquam tibi charum fuit, ſupplico, & emorior æternum tibi devotus. Amen.

AD S. JOSEPHUM MORIENTIUM PATRONUM.

Antiphona. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ S. Dei Oeconome, qui Panem vitæ & Frumentum Electorum conservasti.

V. Ora pro nobis castissime Joseph.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

Sanctissime Joseph, Mariæ Matris Dei, & Virginis Sponse; periclitantium, & agonizantium Patrone, & Advocate potentissime! Ego te hodie coram Jesu, & Maria Sponsa tua in Dominum, Patronum & Advocatum pro tota vita, ac vel maxime etiam pro morte mea, eligo. Suscipe me, oro, in servum tuum, &

Mariæ Sponſæ tuæ in perpetuam protectionem commenda; adſis mihi in omnibus actionibus meis, quas omnes in perpetuum offero ad majorem Jesu, Mariæ, & tuam gloriam.

Succurre mihi, o ſancte Pater cum Jesu, & Maria, tunc potiſſimum, quando mors vitæ meæ finem imponet, illudque, quod unice peto, ſolatium mihi impetra, ut in iisdem Sanctiſſimis Jeſu, & Mariæ, brachiis, in quibus olim tu occubuiſti, feliciter exſpirem.

In manus veſtras vivens, & moriens commendo animam meam. Jesu, Maria, Joseph.

AD S. XAVERIUM.

ANIMARUM SALUTIS SITIENTISSIMUM.

O Invicte Chriſti Athleta! glorioſiſſime novi orbis Thaumaturge, & Apoſtole

Apoſtole S. Franciſce Xaveri! tibi ego cliens tuus minimus filiali cordis teneritudine de magna tua gloria, qua frueris in cœlo, ſinceriſſime gratulor; At una ſimul te, Patronum & Tutelarem meum ſingulariter Electum omni, quo poſſum, affectu devotiſſime invoco. Ne deſpice, oro, preces indigni ſervi tui ad te toto corde ſuſpirantis, & paternam protectionem filiali fiducia confidentiſſime implorantis. Ah! ſuſcipe, precor, Pater amantiſſime, hoc præſens filiale obſequium meum. Impetra mihi veram heroicarum virtutum tuarum ſequelam, integram mei notitiam, & animi demiſſionam, magnanimum Spiritum ad promovendam proximorum ſalutem, & Dei gloriam; Seraphicum Numinis amorem; rerum temporalium contemptum; conſtans cœleſtium deſiderium, ut exemplis tuis incitatus fructuoſe in vinea Domini laborando

do promiſſam operariis mercedem nanciscar in cœlis. Hoc ego per Chriſti vulnera, per ſacratiſſimam Dei Filii Paſſionem iterum, iterumque oro, & obteſtor Pater, & Patrone mi ſanctiſſime Xaveri! hoc mihi apud Deum precibus tuis impetra! Amen.

AD S. DISMAM

AGONIZANTIUM PECCATORUM PATRONUM.

Antiph. Dixit latro ad Jesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jeſus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in Paradiſo. Lucæ 23.

V. Ora pro nobis S. Diſma.

R. Ut digni efficiamur &c.

ORATIO.

Miſericordiſſime Jesu, qui pendens in ligno Crucis infinitæ tuæ miſeri-

cordiæ ineffabile ſpecimen in converſione S. Diſmæ latronis oſtendiſti, per ſanguinem tuum pretioſisſimum pro me in cruce effuſum obſecro te, miſericordiſſime Jesu: concede mihi ingratiſſimo peccatori efficacem tuam gratiam, ut peccata mea contritus deflere, te toto corde amare, & in hora mortis meæ a te audire merear: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Amen.

AD S. BARBARAM PATRONAM SINGULAREM MORIENTIUM.

Fatalis o agonis
Patrona Barbara!
Cœleſtibus coronis
Gemmisque fulgida,
Me terret imminente
Mors certa ſpiculo;

Sed

Sed Virgo, te favente
Abſum periculo.
Te ſentiunt Patronam
Quos morbus obruit.
Et ſublevare pronam,
Quos cura deſerit.
Angore cum ſupremo,
Me morbus opprimet,
Succurre, quando nemo
Levamen adferet.

V. Ora pro nobis S. V. & Martyr. Barbara.

R. Ut nobis ſit felix ultima mortis hora.

ORATIO.

O Singulare morientium ſolatium S. Barbara! cui præ reliquis Sanctis hæc a Deo gratia miſeris in agone ſubveniendi conceſſa eſt; ora pro me, ut non niſi morientium Sacramentis rite munitus ex hac vita migrare,
&

& Deum meum, quem nunc duntaxat ſub velamine ſpecierum in Sanctiſſima Evchariſtia vere, & realiter præſentem credo, ſubinde de facie ad faciem tota æternitate feliciſſime una tecum contemplari merear. Per Chriſtum Dominum Noſtrum.

MEDITATIONES VII.

In totidem hebdomadæ dies tributæ.

Pro ſpiritus recollectione

VIRO SACERDOTI,

Præſertim ad Curam Animarum Vocato perquam utiles.

Prænotandum I. Ante quamlibet meditationem præmittenda eſt oratio præparatoria: per quam petenda a Deo gratia, ut debite meditationem inſtituamus, proſequamur, & finiamus; quæ ſequens, vel ſimilis eſſe poteſt:

Di-

Dignissime Deus, qui mihi hanc horam te laudandi, & tecum agendi concedis, da mihi gratiam efficacem, ut vires meæ omnes, ac præsertim hæc meditatio, cum omnibus potentiis meis ad gloriam tuam, & fructum animæ meæ quam optime cedant.

Prænotandum II. Duo in quavis meditatione præmittenda sunt præludia. Primum sit: se statuere in conspectu Dei; secundum: petere gratiam agnoscendi veritatem materiæ considerandæ.

MEDITATIO I.

De Fine, & Dignitate status sacerdotalis.

Punctum I. Considera, in quem finem status sacerdotalis sit institutus? nimirum: ut vir Apostolicus verbo, exemplo, & doctrina pascat cæterum populum, uberemque fructum animarum faciat. Sic enim dicit

cit Christus Joan. 15. *Ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis & fructus vester maneat.* Bene perpendendum hic: quis? quos? unde? & ad quid elegerit? Deus nempe, nullius indigus, sibi soli sufficiens, elegit te Sacerdos Apostolice; elegit ex tot millibus; elegit ex pura liberalitate, misericordia &c. elegit, & pascit te in ecclesia, ut esses de electis ejus, & legatione fungereris in iis. quæ sunt ad Deum. O quantum Beneficium! admirare, & exclama: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Quid pro hoc eximio beneficio? refer, quas potes, gratias, & affectus spiritu plenos elice cum firmo proposito vivendi secundum status, & vocctionis tuæ obligationem.

II. Perpende, quam sublimis sit hic finis, & vocatio ad statum sacerdotalem? talis enim est, qualem ipse Dei

Dei Filius habuit, dum in terris versatus eſt, & ex prædictis verbis: *Ego elegi vos, ut eatis, & fructum afferatis*, elegit te Deus vir Apoſtolice! Sacerdos Dei! ut eas, non ut ſtes in via vitæ communis, ſed ut eas de perfectione in perfectionem, de virtute in virtutem, de die in diem ad majorem cum Deo conjunctionem. Nam Sacerdos eligitur a Deo tanquam ſingularis amicus; & transfertur in gremium Eccleſiæ; ut in ea Deo miniſtrando fructum faciat animarum cœlo inferendarum. Ad glorioſum vero hunc finem conſequendum opus eſt, ut ejusmodi ſint ei in virtute, & labore ſimiles, quos elegit, ut ſint in honore pares; *Elegi vos de mundo, ut de mundo non ſitis, ſicut & ego de mundo non ſum*. Joan. 17. A mundi igitur negotiis abſtractos vult eſſe Dominus, quos elegit ad vitæ normam Apoſtolicæ. Fiat hic examen: quam conformiter hactenus pro hoc fine aſſe-

aſſequendo vixeris? & affectus ſecundum rei exigentiam competentes elice.

III. Conſideranda dignitas ſacerdotalis, quæ regiæ non ſolum par, ſed multo major eſt. Nam poteſtas Regia Regnorum limitibus conſtricta; ſacerdotalis nullis terræ terminis definita; brevis, ac dubius dominatus regius: Sacerdotis autem character, & poteſtas ſempiterna. Jam bene ergo perpendendum, quod, ſicut ingens eſt dignitas ſacerdotalis, ita magna quoque ſit obligatio ſacerdotis, vivere juxta ſtatum ſuum. Nam: non bene conveniunt, nec in una ſede morantur Majeſtas ſacerdotalis, & vita trivialis. Fiat Examen, & eliciantur affectus conformes: deprecationis, gratiarum actionis &c.

MEDITATIO II.

De solerti cura vitandi omne peccatum a viro Sacerdote.

Punctum I. Consideranda obligatio, quæ sacerdoti incumbit, ut longe remotus sit ab omni peccato; scilicet ratione suscepti ordinis sacri, & officii; rationi enim omnino congruum est, ut sancta sancte tractentur; quæ autem functiones, quam administratio Sacramentorum, propria sacerdotibus? Levit. 21. dicitur: *Homo de semine Aaron* (Hoc est Ecclesiæ minister) *qui habuerit maculam, non offerat hostias Deo suo, aut accedat ad ministerium ejus.* Considerandum hic, quam æqua hæc sit monitio, & tanto accuratius esse servandam, quanto sublimius sacrificium est Corpus Domini arietibus & tauris olim in holocaustis offerri solitis. Expendamus: quæ mysteria tractanda suscepimus, & num quibusdam maculis contractis

ctis indignos nos fecerimus? Doleamus de admissis hactenus; proponamus seriam emendationem in futurum.

II Sacerdos quilibet obligatur etiam ratione proximi omnia peccata diligenter cavere, ne eidem fiat scandalo: *Væ enim homini* (sed vel maxime sacerdoti) *per quem scandalum venit*! Talis profecto sibi, & Ecclesiæ sanctæ probro est: Populo offensioni; plus destruit pravis suis moribus, quam ædificet fervidis etiam concionibus &c. Examinemus nos, &, si hactenus proximo non scandalo, sed ædificationi tam verbis, quam factis viximus: agamus Deo immensas gratias, & ejus auxilium pro ulteriori constantia enixe imploremus; si nos aliquando ab hac veritate deflexisse deprehenderimus; dolore serio malitiam nostram detestemur: Deo deprecemur; & emendationem efficacem proponamus.

III.

III. Expendamus 3tio. Quod ſacerdos obligetur vitare omne peccatum vi profeſſionis ſuæ, qua renuntians ſæculo ſe addixit Eccleſiæ, mundi Vanitates, ſæcularia deſideria, cupiditatesque relinquens: hoc enim palam coram Deo, & Angelis, hominibusque profitetur vi profeſſionis, & ſtatus ſui. Quare: ſi aliud egerit, tanto gravius delinquit, quanto amplius ad bene vivendum obſtrictus eſt. *Si enim* (bene S. Petrus Epiſt. 2. cap: 2.) *refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti, his rurſum implicati ſuperantur, facta ſunt illis poſteriora deteriora prioribus; melius enim illis erat; non cognoſcere viam Juſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum converti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.* Eliciantur affectus ut in punctis præcedentibus.

MEDITATIO III.

De gravi Judicio Dei Sacerdoti improbo imminente.

Punctum I. Conſidera, quam tremendum judicium, & damnatio viro ſacerdoti immineat, niſi commiſſum ſibi munus in Eccleſia, ut par eſt, exequatur; veniet enim tempus, quando dicetur: *Redde rationem villicationis tuæ*: quando ſacerdos (maxime animarum curæ expoſitus) non pro ſe tantum, ſed & pro concredito ſibi grege, pro adminiſtratione Sacramentorum &c. cogetur reſpondere. Et quam hæc difficilis futura ſit, ſi delictis ſuis ſacerdos gregi ſuo lapis fuerit offenſionis? ſi non tanquam Paſtor ſed velut lupus inter oves graſſatus fuerit? Grandis omnino dignitas ſacerdotis, ſed & grandis ruina illius, ſi, qui alios ædificare & ſalvare debebat, ipſe prævaricator inveniatur. Horrenda res, &

viro

viro, (imprimis Apoſtolico, animarumque ſaluti expoſito) quam maxime formidanda! nam, ſi Salvatore noſtro teſte, ei expedit, qui unum ſcandalizat, demergi in profundum maris: quid, qui integram Communitatem, concreditum ſibi gregem, rudem plebem, viros, mulieres, ſenes cum junioribus ſcandalizat, merebìtur?

II. Jam expendendum: quam gravis viro ſacerdoti immineat ratio reddenda ex uno opere illi commiſſo, quando & recta illius intentio, & perfecta executio ab his jure merito requiritur, qui legatione pro Deo funguntur. Hinc tam gravis apud Jeremiam Dei comminatio: *Maledictus*, ait, *omnis, qui facit opus Dei negligenter.* Quid ergo, ſi nos non tantum negligenter, ſed & irreverenter? indigne? ſcandaloſe? profecto

durissimum his, qui præsunt, fiet. Quo enim quis major in Ecclesia Dei est, eo rigidiorem Judicem habebit. Sacerdoti inprimis, cui dominici corporis dispensatio credita est, & gregis illius cura commissa, grave judicium imminet, nisi sancte, caste, ferventerque hoc officium administret. Quisquis igitur hunc statum jam elegit, cum Regio Psalte suppliciter Deum oret: *Ne projicias me a facie tua, & Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.* Hæc qui fecerit, in Dei judicio non condemnabitur.

III. Ibi condemnabuntur omnes justitiæ tuæ. Ps. 74. Id est: non solum examinabuntur, & judicabuntur omnes injustitiæ, peccata commisssionis, omissionis, corde, ore, opere commissa &c. sed judicabuntur omnes etiam

tiam justitiæ; id est: orationes, sacrificia, Sacramentorum administratio, ægrorum cura, & visitatio, concio &c. quo zelo? intentione? applicatione? & devotione exercitæ sint? an culpa nostra omissæ? non rite peractæ? *Et scito: quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium.* Eccl. 11 9. Sed his accedit adhuc stricta reddenda ratio de omnibus acceptis talentis, bonis occasionibus, inspirationibus, vitæ momentis. *Cui enim multum datum est, multum requiretur ab illo.* Luc. 12. Quantum ergo a nobis, o Sacerdotes! qui toties sacrificamus? utinam sancte, religiose, & ea, qua par est, devotione omnia nostra agamus.

MEDITATIO IV.

De ſanctitate, & perfectione Sacerdoti neceſſaria.

Punctum I. Conſidera: quod major vitæ ſanctitas, perfectioque a Sacerdote, quam homine laico requiratur. Sacerdos enim, ut S. Bernardus ait, cœleſte tenet officium: Angelus Domini exercituum factus eſt: & tanquam Angelus aut eligitur, aut reprobatur. Ante omnia autem tenetur mores Angelicos in ſe exhibere, quibus reliquis Chriſtianis probitatis præbeat exemplum, juxta illud Pauli ad Timotheum: *Exemplum eſto fidelium in verbis, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.* Fiat jam examen: qua ratione prædictam inſtructionem Paulinam obſervaverimus; reliqua affectus dabit.

II. Perpendendum reflexe: quod Chriſtus, qui eſt Sacerdos in æter-

æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, in exemplum vitæ ſacerdotalis nobis propoſitus ſit: qui ſeſe in ſacrificio tam incruento cænæ ultimæ, quam cruento in monte Calvariæ pro peccatis totius mundi æterno Patri obtulit in holocauſtum. Omnibus igitur ſacerdotibus dictum eſt: *Inſpice, & fac ſecundum Exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* Exodi 25. Hinc Sacerdoti ſerio incumbendum: ut virtutes, quas Chriſtus exercuit, in ſe quoque inceſſanter exquirat. Cauſæ moventes ſunt: 1. Status ratio, & oblatio, 2. officii dignitas. 3. Neceſſitas. 4. Utilitas. 5. Solatium in morte, & poſt hanc merces magna in cœlo.

III. Presbyteris dictum illud a Deo levitici: *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum.* In triplici autem differentia Sanctitas Sacerdotis eſt poſita: nempe, ut eſt Sacerdos ſacrificans:

ut Sacerdos Judex in ſacro tribunali: ut Sacerdos Concionator, ſeu Doctor veritatis. Quoad primum, non vulgaris Sanctitas in Sacerdote ratione ſacrificii exigitur; nam recte David precatur: *Sacerdotes tui induant juſtitiam.* Non ſufficit autem qualiscunque juſtitia, ſed debet Sacerdos eniti ad juſtitiam ſimilem Chriſto. Quoad ſecundum, ſeu quoad ſanctitatem in foro conſcientiæ: iterum Chriſto conformare ſe debet Sacerdos; nam ejus locum in tribunali hoc ſacro obtinet; *Omne enim judicium Pater dedit filio;* hic autem Sacerdoti ſedenti pro tribunali ſacro. Quantam ergo Sanctitatem exigit tanta poteſtas? ſit Sacerdos in foro divino ut Deus, qui divinam poteſtatem exercet remittendo peccata; ut Chriſtus, qui expoliavit poteſtates infernas, & ſpolia ex inferno accepit. Quantum ad tertium, breviter hoc addo: ſit talis, de

quo

quo jure dicatur: *Viam Dei in veritate docet*; sit unus ex illis, de quibus cum veritate dici potest. *Quam speciosi sunt Evangelizantium pedes, Evangelizantium bona!*

MEDITATIO V.

De tremendo Missæ sacrificio.

Punctum I. Considerandum: quam Sanctum, divinum, Deoque gratum sit hoc Sacrificium; quia & ipsa res oblata, & ipse offerens principalis est infinitæ dignitatis. O quanta igitur Sanctitas animi ad immolandum hoc sacrificium requiritur! si enim Sancta sancte tractanda: qua rogo, sanctitate peragendum Missæ sacrificium, in quo sanctissimum Domini nostri Jesu Christi Corpus conficitur, tractatur, & sumitur? O quam recte proinde

Conc. Trident. Seſſ. 22. ita concludit: *Si neceſſario fatendum eſt, nullum inter fideles haberi opus ſanctius, aut dignius, quam tremendum hoc Sacrificium, in quo vivens illa Hoſtia, quæ nos Deo Patri ceconciliavit, quotidie in altari manibus ſacerdotum immolatur; fatendum quoque eſt: omnem ad hoc diligentiam adhibendam, ut, qua maxima fieri poteſt, pietate, & devotione perficiatur.* Examina te hic Sacerdos; & inventis conformiter affectus tuos inſtrue.

II. *Ante orationem præpara animam tuam*, recte monet ſapiens cap. 18. Si ante quamlibet orationem præparandus eſt animus; quia oratio eſt mentis ad Deum elevatio, & conſequenter actio divina; quanto igitur major præparatio requiritur ante Miſſæ Sacrificium, quod eſt myſterium omnium ſanctiſſimum, & auguſtiſſimum; hinc etiam recte monet

A-

Apoſtolus: *Probet autem ſe ipſum homo, antequam accedat &c.* Eſt autem duplex præparatio, remota, & proxima. Remota conſiſtit in aſſiduo conatu proficiendi in vitæ probitate, cordis puritate, virtutum ſtudio, perfectionis deſiderio &c Proxima conſiſtit 1. in puritate corporis. 2. in bonæ intentionis præmiſſo exercitio. 3. in certis ad hunc finem accomodatis precibus devote recitandis. Super hæc examen tuum, & gloſſas juxta materiæ exigentiam inſtitue, & affectus cum confuſionis, tum doloris competentes elice.

III. Varias denominationes habet Sacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium, dicitur: *Sacrificium Juſtitiæ.* Ergo, o Sacerdos! injuſtitiis tuis non inquineris. *Eſt Hoſtia pacifica!* non ergo indigna Deum tractatione de novo irrites. Eſt *Hoſtia pacifica pro pec-*

 cato;

cato; non ſit ergo, non ſtet, obſecro, Hoſtia hæc cum peccato tuo, o Sacerdos! O Miniſter Dei altiſſimi.

MEDITATIO VI.

De bona Exemplo præbendo.

Punctum I. Vos eſtis lux mundi. Math. 5. Ad Apoſtolos, & Apoſtolicæ vitæ ſectatores, ad Sacerdotes ſuos verba hæc locutus eſt Chriſtus. Lucere ergo, id eſt: bono vitæ Exemplo cæteris præire Sacerdotem vult Salvator. Hujus enim munus eſt, ita prælucere, ut populus videat opera illius bona, & glorificet Patrem, qui in cœlis eſt. Sacerdos es: ſuper candelabrum in Domo Dei poſitus es: oculi omnium in te; ſi non lumen in te, verum tenebræ ſint per vitæ obſcuritatem: o quam deſpectus, quam diffamatus eris!

II.

II. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona. Matth. 5. Bene hic expendendum: *Ut videant opera veſtra bona;* id eſt: cum bona, & recta intentione facta; ut doctrinæ correſpondeat vita exemplaris. Frigidus Doctor a S. Chryſoſt. dicitur, qui verbis duntaxat philoſophatur: recte igitur ajebat S. Bern. *Lucere tantum, vanum eſt; tantum ardere, parum; ardere, & lucere, perfectum.* Nihil niſi vituperium refert, quisquis cum Chriſto non facit, quæ docet. *Ardeat orator, qui vult accendere plebem.*

III. Mira vis Exempli! non ita magnes ferrum trahit, ut in ſui ſequelam trahit Exemplum, maxime vero majorum. Veriſſimum eſt, qualis Rex, talis grex; qualis herus, talis famulus; qualis Sacerdos, talis populus; quid, quæſo, hujusmodi

Sacerdos & Paſtor boni in proximo faciet, de quo digito monſtrari, & dici poteſt: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus!* Non ſic; non ſic Sacerdos venerande! æmulemur charismata meliora; *omnibus*, juxta monitum Pauli, *præbeamus exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in charitate, in gravitate, in converſatione, in fide, in caſtitate &c.*

MEDITATIO VII.

De ferventi ſtudio orationis.

Punctum I. Orationi inſtate, ad Coloſſ. 4. Spectat hæc cohortatio Pauli præcipue ad Sacerdotes; quia legati, advocati, oratores ſunt totius generis hnmani apud Deum; nam *Sacerdos ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum.* ad Hebr. 5. quod in tribus potiſſi-

tiſſimum occaſionibus oſtendere debet. 1. In Exercitiis ſpiritualibus quotidianis; nimirum: in ſacro Miſſæ officio, horis canonicis, tempore, & modo debito recitandis; in Examine conſcientiæ, lectioneque ſpirituali faciendis. 2. In recurſu ad Deum, quando vel negotium aliquod ſuſcipiendum, vel pro ſe, aliisque impetrandum, vel periculum aliquod, aut tribulatio ſuperanda eſt. 3. In functionibus indifferentibus, ut ſcilicet in his mentem ad Deum attollere aſſveſcamus. Fac Examen, quomodo hæc hactenus obſervata? quomodo deinceps obſervanda?

II. Recogitandum etiam mente, quam neceſſaria ſit frequens oratio. Nam inter tot mundi diſcrimina, tot inter labendi occaſiones, niſi orationis præſidio munitus, quis indemnis evadet? certe ſi Auguſtino teſte: *Il-*

le novit recte vivere, qui novit recte orare? tum ſane exiſtimandum non eſt: virum Sacerdotem ſine familiari, pioque orationis uſu diu recte victurum. Nihil ex nobis poſſumus, & multis indigemus. Plantare & rigare posſumus, ſed fructum, & incrementum dare ſolius Dei eſt, pro quo rogari, & orari vult.

III. Accedit & orationis excellentia, Dignitas, & utilitas. S. Aug. de hac ita loquitur. *Quid eſt oratione præclarius? quid vitæ noſtræ utilius? quid animo dulcius? quid in tota noſtra religione ſublimius?* Recte omnino: nam oratio, quæ eſt mentis ad Deum elevatio, nos cum eo conjungit, & in intimam familiaritatem inducit. Oratio eſt Deo gratiſſima, omnesque Cœlites mirum in modum recreat. Eſt denique cibus, & vita animæ.

Si

Si ergo Deo tuo vivere, ſi diu in ſancto ejus ſervitio conſervari optas Sacerdos, hoc cibo utere; Ora! *Oratione inſtate* ad Coloſſ. 4.

ACTUS

ACTUS VIRTUTUM THEOLOGICARUM.

ACTUS FIDEI.

Amantiſſime Deus! æterna veritas! Credo firmiſſime te eſſe Unum in Eſſentia, & Trinum in Perſonis, Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, Creatorem, Redemptorem, & Sanctificatorem meum. Credo te eſſe Remuneratorem bonorum operum præcipue per Beatitudinem æternam; Juſtiſſimum Vindicem malorum præprimis per inferni, & purgatorii pœnas. Credo ſecundam in Trinitate Perſonam, Filium Dei vivum, incarnatum, natum de Maria Virgine, JEſum Chriſtum, per Paſſionem, & mortem ſuam genus humanum redemiſſe. Credo animæ immortalitatem, gratiam neceſſariam ad ſalutem, atque eandem gratiam, remiſſionem peccatorum, vitam

vitam æternam a te fideliſſimo, Omnipotente, ac miſericordiſſimo Deo omnibus eſſe promiſſam. Credo denique quidquid continetur in Symbolo Apoſtolorum, cæteraque omnia per ſanctam Romanam Catholicam Eccleſiam ad credendum propoſita. Et ideo quidem hæc omnia firmiſſime credo, quia tu, mi Deus! ea revelaſti, qui nec falli, nec fallere potes, qui infallibilis Veritas es in cognoſcendo, & loquendo.

Et in hac fide ſanctiſſima, quam JEſus Chriſtus docuit, Apoſtoli prædicarunt, & ſancta Romano-Catholica profitetur Eccleſia, vivere, & mori volo.

ACTUS SPEI.

Hac fide imbutus ſpero a miſericordia tua infinita, o Deus Auxiliator unice

nice, & potentiſſime! per merita, & ſanguinem JEſu Chriſti remiſſionem omnium peccatorum meorum; gratias, præcipue finalem, vitam æternam ac omnia, quæ a te ſperanda ſunt. Quia tu hæc omnia promiſiſti, qui Fidelis in tuis promiſſis, Omnipotens, & Miſericors Deus es.

Et hac ſpe fretus deſidero ad Cœlum pervenire, & te Deum meum in æternum videre, amare, & laudare, quia tu ultimus meus finis, mea æterna Beatitudo es.

ACTUS AMORIS, & CONTRITIONIS.

Quia vero etiam credo te Deum meum eſſe abyſſum perfectionum omnium, ſummum & infinitum bonum, ideo propter ſolam intrinſecam ac infinitam bonitatem, & amabilitatem tuam

tuam, amo te Deum meum, omni amore dignissimum, vere, & sincere super omnia, atque conjungo hunc amorem meum ardentissimo amori, quo te amant, & amabunt per totam æternitatem omnes Sancti Angeli, & Beati in Cœlo.

Et ex hoc purissimo Dei amore, doleo ex toto corde, de omnibus totius vitæ meæ peccatis! detestor, abominor, & retracto omnia & singula peccata mea! quia te Deum meum summe & infinite bonum per peccata mea offendi. Pœnitet! ah pœnitet me peccasse! utinam te Deum meum summe & infinite amabilem nunquam offendissem! peccavi! sed parce peccatis meis Deus misericordissime! Propitius esto mihi peccatori!

PRO-

PROPOSITUM EMENDATIONIS.

Atque ne deinceps te Deum meum ſumme bonum tam turpiter offendam, promitto ſeriam vitæ meæ emendationem, ſtatuo firmiſſime, atque inviolabiliter propono nullum poſthac peccatum mortale cum gratia tua mi Deus admittere, ſed ea omnia, uti & venialia plene deliberata emendare, ac evitare; omnia vero præcepta cum eadem tua gratia obſervare volo.

FINIS.

INDEX.

Oratio



VS·ET·EN
MI·CHORI